This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google books

https://books.google.com

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

Digitized by Google

9179

9179


UNIVERS

Digitized by Google

Gud. 3179

Architrenius ſumma

diligentia recognitus.



Vænundatur in ædibus Aſcenſianis.

1517.

Digitized by Google

**Iodocus Badius Aſcēſius, honorādo ac merito ſuo plurimū obſer
uādo patri Ioanni a Vepria domus clarȩuallis clariſſimo & modeſtię
& prudētię ſpecimini Salutem.**

ECcum Archithrenium, tua pater diſſertiſſime vigilantiſſi
ma cura olim iam mihi miſſum: ſerius quidē ac ſperabam
ſed emunctius e praelo noſtro emiſſum. Opus enim habe
bat vnus oīm emendatione q̄ maxima, quam ſine ſolers
tiore iudicio praeſtare poterat nemo. Viſus enim eſt variis in locis for
te ab amicis (vt fit) admonitus: opus recognouiſſe: atq; ita varia re
cognitionis exempla reliquiſſe: quod collatis exēplaribus q̄ viri do
ctiſſimi & animę candidiſſimę, Ioannes a Lugduno & Frāciſcus Syl
uius mihi ſuppeditauerunt, agnoui. Offendi enim aliunde multa in
ducta alio multa appoſita: in omnibus plurima mutata. nā in aliis,
Socrates & Xenocrates penultima offendi longa: in aliis mutatis ſe
dibus correpta. Opus itaq; erat (quod dixi) acriore iudicio: q̄q̄ non
omnia ſic reponi poterant: quin ſaeculi illius veſtigia vitioſa remane
rent pluſcula. Philoſophus enim prima longa: apocopat, ſecunda.
& cōtra eccleſia ſecunda breui & pluſcula alia cōtra legem metri, ſed
errore tunc temporis vulgato remanſerūt: quae emendare potuiſſem
niſi maluiſſem in authore imprimendo fidem meam q̄ diligentiam
approbatum iri. Adhaec incorrigibilis, ſed ſeculi & exempli Alexā
drini vitio inolita offenditur passim licentia: qua primā tertii pedis
quae ſit vltima dictionis non minus communem cenſuerunt: q̄ Ci
cero & omnes docti, totius verſus vltimā. Praeter quam & vocabu
lorum ac figurarum non infelicem fingendi ac innouandi audaciam
inuenies q̄ plurima diſertiſſime ac feſtiuiſſime dicta: & vix ī alio quo
uis opere illam cyclopędian tam graphice expreſſam. Auctores q̄dē
prętereq̄ in philoſophia, ſecutus videtur Plinium. Solinum. Valeriū
Maximum. Virgilium. Horatium. Perſium & Iuuenalē. Archithre
nius autem: quod eſt princeps lamentationum inſcribi voluit ꝙ vbi
q; errata mortalium deflenda offenderit. In cuius lectione pater opti
me reuerendos tuos canos non ſecus ac iucundo quodam viatico
oblectaturus: Vale. Sexto Kalen. Septemb. MD.XVII.

PROLOGVS Archithrenii in opus ſequens.

ARchithrenius quidam cũ ad annos virilis deueniſſet roboris: recordationis ſtylo retroacti tẽporis actus colligit vniuerſos, ſecũ quid egerit ſcrutabundus exquirit: nec moribus vſq̃ inuenit eſſe locum. Cõqueritur igit̃ in naturam, nam quæ maiora poterat illud vtiq; potuiſſet, vt aduerſus ſcelerũ motus, & impetus incõſultos, homo inquaſſabilis perduraret. Poſt igitur lachrymas querularũ effuſiſſimas: Quærã inqt naturã, vt odiis expurgatis indignationis huius extinguat̃ fermentũ & amoris azimi vinculo ſolidato optatum Archithrenio ſubſidiũ conferat̃. Mundũ igitur circũmeans pede vagabũdo, Venerem, Ambitionẽ Auaritiam, Gulam & cæteras mũdi inuenit meretrices, q̃ fune multiplici ad rerum temporaliũ amplexus illicitos & attractant hoĩem & inclinãt. Naturæ tandẽ inuẽtę genibꝰ aduolutus vię cauſam euoluit, & porro quicquid poſtulat impetrato pro ſubſidii ſumma de naturæ cõſilio vxor Archithrenio Moderantia nomine deſponſat̃. Quos vero deꝰ coniunxit homo non ſeparet. Archithrenius iſte ab euẽtu ſic dicit̃ nã locis fere ſingulis peregrinationis ſuę mũdo cõpatitur, ſub vitiorũ fluctibus naufraganti. & lamentis animum & lachrymis oculũ impluit & ĩmergit. Liber etiã iſte Archithrenius nuncupat̃. Vnde hic eſt titulus. ¶ Ad Walterũ Rothomagẽſẽ Archiepiſcopũ Archithreniꝰ incipit. Titulus operis.

Ex ſupradictis patet tã intẽtio auctoris q̃ materia opis. Ex titulo collige ad quẽ ſcribit hoc opus. De quo aũt aut de qbꝰ ĩ ſingulis libris texat̃ oratio, ſequẽtia capita te docebũt Lege igitur felix. De auctoris aũt

Nomine ſi quæras, liceat dixiſſe Ioannes
Eſt eius nomen, cui Neuſtria contulit ortum.

CAPITA LIBRI.I.

De potentia laboris & ingenii Cap.I.
De impotentia deſidiæ Cap.II.
De ſociis deſidiæ. Cap.III.
De remotione arrogantiæ. Cap.IIII.
Contra ſenes præſentia damnantes. Cap.V.
De ortu & ſtatu eius ad quem ſcribit. Cap.VI.
De oblatione huius opuſculi. Cap.VII.
Inuocatio ad deum Cap.VIII
Contra inuidos Cap.IX.
Narratio Cap.X.
De recordatione Archithrenii circa opera trāſacta.Cap.xi.
De naturæ potentia. Cap.XII.
De Monſtruoſis. Cap.XIII
De propoſito Archithrenii. Cap.XIIII.
De itinere Archithrenii. Cap.XV.
De domo Veneris. Cap.XVI.
Deſcriptio puellę. Cap.XVII.

CAPITA LIBRI.II.

Reſiduum deſcriptionis puellæ. Cap.I.
De ſtudio cupidinis Cap.II.
De veſte & apparatu eiuſdem puellæ Cap.III.
De ingluuie hominum. Cap.IIII.
De quæſtionibus ventricolarum. Cap.V.
De ſollicitudine circa ſalſas Cap.VI.
Contra veſcentes auro Cap.VII.
De optimi vini inquiſitione. Cap.VIII.
De Bacchi commendatione. Cap.IX.
De potu ſuperfluo. Cap.X.
Exclamatio in Gulam. Cap.XI.
De ſtatu guloſi in comeſtione. Cap.XII.
De ſtatu eiuſdem poſt ſatiem. Cap.XIII.

Digitized by Google

De ſobrietate alborum monachorum. Cap.XIIII.
De ſobrietate Fabritii & Bauchidis. Cap.XV.
De menſa Bauchidis. Cap.XVI.
De laude Pariſii & aduentu in eam Cap.XVII.

CAPITA LIBRI .III.

De miſeriis Scholaſticorum. Cap.I.
Q́ꝫ egeſtas a corpore cultum remouet petulantem.Ca.II.
De tenuitate veſtitus Cap.III.
De indigentia rerum familiariū & cibi præcipue. Cap.IIII.
De vilitate ſeruientium Cap.V.
De cubilibus. Cap.VI.
De ſtudio nocturno. Cap.VII.
De Aſtromomia Cap.VIII.
De ſopore ſcholaſtici ſtudio fatigati Cap.IX.
De vexatione eiuſdem per ſomnia. Cap.X.
De excitatione eiuſdem a ſomno Cap.XI.
De præparatione eiuſdē ad ſtudium profecturi. Cap.XII.
De amatore amicam noctu quærente Cap.XIII.
De trāſitu ſcholaris ad ſcholam Cap.XIIII.
De ſtatu eiuſdem in magiſtri præſentia.Cap.XV.
De cōpaſſiōe rerū ſquiſſimarū ī ſcholares.Cap.XVI.
Q́ꝫ ſcientia fauorem potentiū diminuat.Cap.XVII.
Q́ꝫ artes a diuitibus approbentur ſaltem in conſcientia. Cap.XVIII.
Quare qui artes nouerint ſint potētib⁹ odioſi.Cap.XIX.
De remotione elationis a philoſophis. Cap.XX.
Contra ſuperficiales philoſophos. Cap.XXI.
De venia diuitum ab authore poſtulata.Cap.XXII.
Quæ ſint cauſæ dandorum redituum. Cap.XXIII.

CAPITA LIBRI.IIII.

De cōpaſſiōe Archi.ſup miſeriis ſcholariū.Cap.I.
De monte ambitionis. Cap.II.

Digitized by Google

De arboribus reliquis montis illius. Cap.III.
De riuo ibi fluente. Cap.IIII.
De incolis eiuſdem montis. Cap.V.
Q; ex ambitione bella ortum habuerint. Cap.VI.
In quo genere hominũ ambitio cõuerſetur. Cap.VII.
De aula in montis vertice conſtituta. Cap.VIII.
Exclamatio in eos qui ædificando opes ſuas conſumunt. Cap.IX.
De pictura aulęorum. Cap.X.
De luxu veſtium. Cap.XI.
De pictura vaſorum. Cap.XII.
De incolis aulæ. Cap.XIII.
De accidentibus aulæ. Cap.XIIII.
De adulatoribus aulæ. Cap.XV.
De potentum impotentia & cęcitate. Cap.XVI.
Q; opibus non hominibus ſeruitur. Cap.XVII.
Q; aduerſitas detegit adulatorũ falſitatẽ. Cap.XVIII.

CAP.LIBRI.V.

De colle præſumptionis. Cap.I.
De quibuſdam præſumptionis exemplis. Cap.II.
De pſumptione eccleſiaſticorũ & magiſtrorũ. Cap.III.
De præſumptione ſenectutis, quam queritur ad regẽ Angliæ diuertiſſe Cap.IIII.
De poteſtate pecuniæ Cap.V.
De Superbia. Cap.VI.
De Monacho elato. Cap.VII.
De Caſu Luciferi. Cap.VIII.
Inuectio in ſuperbiam Cap.IX.
De monſtro Cupiditatis. Cap.X.
Quid de Cupiditate Archi. ſentiat. Cap.XI.
Q; cupidus nullis habitis ſit contentus. Cap.XII.
Q; ſola morte Cupiditas terminetur. Cap.XIII

Digitized by Google

Exclamatio in prælatos. Cap.XIIII.
De bello inter largos & auaros. Cap.XV.
Sermo EWalgani ad Archithrenium de Corineo Heroe ac principe gentis. Cap.XVI.
De aduentu Bruti & Corinei in terram quæ tunc Albion mox Britannia dicta, nunc Anglia dicitur: & de gigantibus qui illic habitabant. Cap.XVII.
De conceptione Arthuri & ortu eius ad quem hoc poema ſcribitur. Cap.XVIII.
De Ramophrygio. Cap.XIX.
De ducibus Caſtrorum Auaritiæ. Cap.XX.

CAP.LIB.VI.

De Arthuro, Ramophrygio, EWalganoq; ducib⁹ in Auaritiam dimicantibus. Cap.I.
De tranſitu Archithrenii in Tylen. Cap.II.
Verba Architæ de ira. Cap.III.
Oratio Platonis de liuore. Cap.IIII.
Inuectio Catonis contra diuitias. Cap.V.
De tranſitu Megæræ & mortis ab inferis in potentes homines. Cap.VI.
Exclamatio in diuitias. Cap.VII.
Verba Diogenis de contemptu mundi. Cap.VIII.
Verba Socratis de commendatione Diogenis, Cratetis, & Democriti. Cap.IX.
Verba poſt Democritum q; diuitiæ non ſint habendæ niſi vt expendantur. Cap.X.
Verba Ciceronis de ꝓdigalitate vitanda. Cap.XI.
Verba Plinii, quid ſequatur ex luxu. Cap.XII.
Verba Cratetis de aulæ incommodis. Cap.XIII.
Verba Senecæ de glorię contemptu. Cap.XIIII.
De Alexandro magno. Cap.XV.
De morte Homeri per glorię appetitionē. Cap.XVI.

CAP.LIB.VII.

Qꝫ Architħrenius audiat diligentiſſime philoſophos loquentes. Cap.I.
Verba Boetii ſeu potius Bœotii de potentum inclementia. Cap.II.
Verba Xenocratis de libidine. Cap.III.
Inuectio Pythagoræ contra ingluuiem. Cap.IIII.
Conqueſtio eiuſdem de noua veſtium petulantia. Cap.V.
Qꝫ mundus exundat vitiis. Cap.VI.
De ſeptem ſapientibus qui in Græcia moribus & ſcientia claruerunt. Cap.VII.
Lamentatio Archithrenii de pœna æterna propter vitam immundam obeunda. Cap.VIII.
Verba Thaletis de timore domini. Cap.IX.
Verba Biantis ꝙ deus diligendus ſit totis intimis. Cap.X.
Verba Periádri de cultu dei cõtra hypocriſim. Cap.XI.
Verba Philonis de delictis occultandis. Ca.XII.

CAP.LIB.VIII.

De commendatione antiquitatis, & negligentia mũdi circa mores. Cap.I.
Verba Pittaci de manſuetudine expetenda: & de elatione vitanda. Cap.II.
Verba Cleoboli Lycii de fortitudine. Cap.III.
Verba Solonis circa prudentiam & vitæ optimam diſpoſitionem. Cap.IIII.
De ſubita morũ mutatione in Polemone attico. Cap.V.
Qꝫ Architħrenius Naturã vidit in loco floribus prælaſciuo: & de Naturæ habitu: eminentia: & comitatu. Cap.VI.

Digitized by Google

Sermo naturæ de obſequio quod mundus homini exhibet & ſitu eiuſdem & motu. Cap.VII.
De duplici genere ſtellarum. Cap.VIII.
Deſcriptio quorundam circulorũ cęleſtiũ.Cap.IX.
De iis quæ accidunt ex varia poſitione Orizontis,& motibus planetarum. Cap.X.
De ortu ſignorum. Cap.XI.

CAP.LIB.IX.

Admiratio Archithrenii ſuper verbis naturę.Cap.I.
De reſiduo ortus ſignorum. Cap.II.
Q̃ ſigna apud quoſdam oriũtur inuerſa. Cap.III.
De portione tęrræ quo tota & ſola ſecundum Alphraganum inhabitatur. Cap.IIII.
De inæqualitate dierum naturalium:& de arcu diei & noctis. Cap.V.
De ecentrico & motu Epicycli in eo:& de motibus planetarum:& de circulo draconis. Cap.VI.
De retrogradatione,ſtatione,progreſſioneq́ planetæ: & de tranſitu eiuſdem a Zodiaco Auſtrum verſus: & Septentrionem. Cap.VII.
Quomodo Archithrenius Naturæ genibus obuoluebatur. Cap.VIII.
Oratio Archithrenii ad Naturam. Cap.IX.
Reſponſio Naturæ & promiſſio Auxilii. Cap.X.
De ſanctione Naturæ in rerũ genituris. Cap.XI.
De Ancillæ amplexibus aſpernandis. Cap.XII.
De adulterio vitando. Cap.XIII.
Suaſio Naturæ vt Archithrenius vxorem q̃primum ducat. Cap.XIIII.
De Ceſto.i.cingulo Veneris. Cap.XV.
De cælatura eiuſdem facta a Vulcano. Cap.XVI.

Digitized by Google

De monili Nuptæ. Cap.XVII.
De loculo puellari & contentis in eo. Ca.XVIII.
De contractu coniugii,& de dote. Cap.XIX.
De donatione & inſtrumentis muſicis Cap.XX.
De auibus verba vſurpantibus. Cap.XXI.
De ancillis ſponſæ. Cap.XXII.
De diuerſitate clientelæ. Cap.XXIII.
De ferculis in nuptiis & moderamine. Cap.XXIIII.
Q; fortuna fauit nuptiis. Cap.XXV.

Operis concluſio.

Exoptat vt liber iſte in authoritate & vſu habeatur ſaltem poſt mortem ſuam. Cap.Vltimū.

FINIS Capitum Totius operis.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

AD GALTERVM ROTHOMAGEN.ARCHI-
epiſcopum Ioannis Archithrenii opus incipit.

De Potentia laboris,& ingenii. CAPVT.I.

VELIFICATVR Athos: dubio mare pō
te ligatur:
Remus arat colles: pedibus ſubſterni-
tur vnda:
Puppe meatur humus: pelagi tethys
exuit vſum:
Salmoneus fulmen iaculatur: Dędalus alas
Induit: ingenii furor inſtat & inuia præceps
Rumpit:& artifici cedit natura labori.

De Impotentia Deſidiæ. CAP.II.

LAnguida ſegnities Veneris nutricia: tractat
Ocya: dilatrix operum, diſſuada laborum:
Venatiua morę, vix inceptiua quod ipſo
Principio rumpit, hodiernos craſtinat actus:
Et quod præteritum nunq̄ facit, vſq; futurat.
Auſus attenuat: animos premit: alligat artus,
Contemptuſq; luto deſędat, aromate morum
Pectus adornandum: famæ ſecura: pudendæ
Aſſueſcit vitæ, vitiiq; paludibus hęrens
Sorde volutatur: oculoq; improuida cæco
Mentis ab excubiis expellit inhoſpita curas
Sollicitoſq; metus: currentibus vrget habenas
Ingeniis, fixoq; modo conamina ſiſtit:

Digitized by Google

Torporiſq; iacet ſtudii vigilantia ſomno:
Difficiles aditus,& quo luctamine prono
Nitendum eſt,odit,non inuitata,labores
Laude coronanti,nec quo dulceſcere ſudor
Edidicit lucro:gladios in bella trahenti
Facturoq; leues:freta,tela,pericula,cędes.

De Sociis Deſidię. Cap.III.

TEdia ſegnitię comitantur & inuida lętis
Triſtities,luxuſq; vacans laſciuia pompis,
Et Venus:& renum cinctus petulantia ſoluens
Cognatuſq; necis ſopor & præcurſor inermis
Torpor egeſtatis,& amara opprobria vultu
Mœſta verecundo,ſalibuſq; irriſio mordens
Et pudor:& parteis infamia nuda pudendas:
Et vaga propoſiti leuitas,& neſcia fixis
Nobilitas manſiſſę rotis,& deuius error
Votorumq; vices crebro inconſtantia verſans:
Et fluitans animus,& non ſtatura voluntas
Pigraq; mollities,& inertia parca laboris:
Et fractus ſtudii languor,morbuſq; ſenectę
Debilitas,ſteriliſq; breui ſub pondere manans
Sudor,& abſciſis titubans ignauia neruis.

De Remotione arrogantiæ. Cap.IIII.

AT ne deſidia muſæ mihi ſopiat ignes
Naſcitur & puero vagit noua pagina verſu:
Propoſitiq; labor,victorem ſpondet,& audax

Digitized by Google

Grandibus incœptis ſtudii conſtantia: verum
Inter apollineas lauros: fas eſto miricę
Deiectis vernare comis: non pręcinit omnem
Ad digitum phœbęa chelys, non nouimus aures
Aonia mulcere lyra, non pectinis huius
In plębem vileſcit apex, hæc gloria vatum,
Hoc iubar, hic titulus ſolos contingit Homeros.
Sufficiet, populo ſi ſuffeciſſe togato
Hic poterit noſtræ tenuis ſuccentus auenæ.
In Crœſi ne ſudet opes, priuatus † amiclas: †achidas
Contentum proprio faciat me tuta facultas:
Anguſtiq; lares modico me poſſe potentem
Metior ad multum, nec gutture rumpor anhelo
Sirenum inſidias æquaſſe, & funus holoris.
Dum mea ieiuno mihi ſibilet ore cicada.
Non ago præcipites ſopire leonibus iras
Pectine, vel rigidos mores mollire ferarum.
Hoc precor, hoc ſatis eſt, ſi noſtra hæc arida plębis
Aure, ſono tenui ieiunia ſoluat harundo.
Incola mergus aquæ madidis ne prouocet alis
Surgentes aquilas, labentibus ęthera pennis.

Contra Senes præſentia damnantes. CAP.V.

O Mihi ſuſpecta veterum mordacior ætas
Acrius in iuuenes decorroſiua ſenectus
Ne preme, ſed preſſa meritorum nomina tollę
Quæ male tondenti decerpſit forcipe liuor.

Digitized by Google

Dulceſcat grauium maieſtatiua virorum
Lingua: nec inuidiæ fuſo crudeſcat aceto.
Deucalioneum pelagus vel naufraga Pyrrhæ
Secula non vidi, vel quas ſolaribus ardens
Rector equis radio ſitienti ſorbuit vndas.
Non me præteritis iacto latuiſſe diebus,
Mæoniumq; ſenem, mihi conuixiſſe, nec æui
Lautius inſcribor ſenioris laude: coæuis
Maior: ab ignotis famæ lucroſior annis.
Suſtineas q me dederint hæc tempora, nec ſi
Videris auctorem precio leuiore libellum
Argue, nec ſi quem meruit deperdat honorem.
Non me mollis Arabs, non barbarus edidit Athlas:
Non caput arcturi glaciem, ſolemq; Sienes
Aduena ſpectandos, ordiri glorior, ortus
Sponte ſophum faciente loco, ſoloq; verendum
Externi terrore loci, nodoſa meretur
Nondum ruga coli, nondum veneranda ſenecta
Albet holore comæ, nec ſum cui ſeruiat auri
Turba, nec argenti cui rerum copia mundo
Plaudat adulanti, cui ſeruum purpura vatis
Adſcribat nomen cuius facunda ſmaragdus
Diſputet in digitis, vulgiq; aſſibilet aures
Attonitas gemmis, liber eſt non libra Ioannes
Quod canit & Cyrrhe modicum de fonte propinat
Hiſq; magis Phœbus cyathis q̄ Bacchus inundat.

Ah:quid Alexander tetigit deriſor Homeri
Zoile:tu laudum cuneus,tu ſerra bonorum
Magna doles:maiora notas:in maxima ſęuis:
Siſte gradus ſolitos,odio tibi vapulo,libro
Parce,nec auctoris in opus iactura redundet.

De ortu & ſtatu eius ad quem ſcribit. Cap.VI.

GLoria Pergameę ſepeliri gentis Achiua
Non potuit flamma,ſtetit occurſante ruina
Indilapſus apex,pulſanti cedere fato
Non cecidiſſe tulit Danais fortuna caminis
Excepit non ſæua Phryges,maioreq; bellis
Erudiit perferre viros,& diruta maior
Stanti Troia fuit,non eſt incenſa,ſed igni
Vlterius lucrata iubar,radioſq; Pelaſgæ
Dardanios auxere faces,nec palluit illo
Sol Aſiæ fumo,fines auguſta poteſtas
Indignata breues,iam faſtidiuerat Idæ
Arctari phœbęa iugis,mundiq; receſſus
Occupat & validis maiora ſupermeat auſis:
Plenior imperii Romanis pergama penſat
Faſcibus,& tanto ſi quid de culmine fati
Diminuit liuor virtus reparauit,& orbi
Hic vrbem rapuit,hic orbem reddidit vrbi
Prodiga,nec tandem niueis exhauſta metallis
Vtilium mater,dulciq; puerpera gleba
Abſoluit phrygiis affuſa Britannia græcos

Digitized by Google

Immo phryges phrygius ſanguis ſolatur, anhelos
Exhilarat luctus, quem deriuauit Iuli
Poſtera maieſtas, noſtro quæ inſplenduit æuo
Nec niſi nobilium medios intexuit ortus.
Ille dei ſedes, thalamus virtutis, honeſti
Hortulus, & morum: vitiis imperuia tempe
Altera, quę nec hyems nec flãma emarcidat vlla.
Ille procelloſos innaufragus enatat annos.
Inferius flantem ſcelerum premit altior auſtrum:
Nec mũdi quatitur hac tempeſtate malorum
Nubibus & ventis ſublimior, alter olympus
Surgit, & explicitos apices extendit in ortus
Creſcit, & in titulos maiores erigit idam
Fulget, & aureolo populatur ſidere noctem.
Gaudet & impluuium mœroris ſiccat, & imbres
Vernat & hiberna Galterus diluit, in quo
Florida troianum redimit Cornubia damnum.
Vix huius cyathum pelagi delibo, licebit
Soluerer in quęuis commendatiua: viroq;
Impluerem laudes: nam morum præuolat alis
Curriculum laudis: ſolus capit omnia famæ
Nomina, nec veris aduentum percipit æthnæ
Gloria, nec creſcit phœbus face, mundus harena,
Sęcula momento, nymbo mare, linea puncto.

De Oblatione opuſculi.

Caput. VII.

O Cuius ſtudio, quo remige, nauigat ęſtu
Mundanoq; mari, tumidis exempta procellis
Linconiæ ſedes, o quem non prætèrit æqui
Calculus, o cuius morum redolentia, cælum
Spondet, & eſſe nequit virtus altiſſima maior
Indiuiſa minor, cuius ſe nomen, & aſtris,
Inſerit & famę lituo circũſonat orbem.
O quem Rothomagi ſedes viduata maritum
Sperat & aſpirat, ſolidiſq; amplexibus ardet
Aſtrinxiſſe virum: fragrantis odoribus vti
Morum delitiis, virtutis aromate, ſponſi
Pectore, quod phœbum redolet, qđ neſtora pingit.
Vere nouo thalami florere expectat, & illos
Aſcendiſſe thoros, vbi virtus pronuba, Chriſto
Auſpice, ſacrati & ſacrę connubia firmet.
Optat vt arctois infuſum manna Britannis
Cedat, & irriguum normannis influat, vrbis
Aridulæ deſerta rigans ſitientia ſacros
Linconiæ fontes & vix libata recentis
Gaudia prima faui, longum ſperata breuiq;
Deguſtata mora, reuocat quem miſit alumnum
Depoſitumq; petit, & quo videt anglia, reddi
Poſcit in occidui commiſſum luminis vſum.
Virgo virum, matura toros, innupta maritum:
Orba patrem, mutilata caput, iactata ſalutem:
Cæca ducē, tenebroſa iubar, nocturna lucernam:

Digitized by Google

Exigit,& queritur tardanti mane ſuumq;
Eclipſata ſitit,rediturum cynthia Phœbum.
O mihi mœcenas operis tractiq; laboris
Expectata quies:rudis indubitata Mineruę
Spes,adhibe cœptis,oculi mentiſq; fauorem.

Inuocatio ad Deum. CAP.VIII.

O Qui ſecretas hominum metiris habenas
Et numero claudis dubium monſtrantia fatum
Sidera,qui noſti mundi ne intermina ſurgat
Area,nec ſtygiæ noctis latuere receſſus
Et ſolus ſoliſq; modum,lunæq; meatum
Scis deus,& celas incauto iudice viſu
Aſtrorum excurſus,fallitq; & fallitur idem
Aethereæ rimans oculus ſecreta Mineruæ.
O diuum deitas nuſq̃ deflexa ſuperni
Linea conſilii,diuinę pagina mentis
Qua nec deſit apex,nec iota ſuperfluit vnum
Singula complectens quæ diſpertita quotannis
Euoluit ſeries,nulli mutanda ſororum.
Cui Clotho & Lacheſis deſeruit & Atropos:illa
Stamina diſpenſans fuſis vitalibus,illa
Fila trahens operi:donec concluſerit illa.
Oh Cyrrhæ latices noſtræ deus implue menti:
Eloquii rorem ſiccis infunde labellis
Diſtillaq; fauos,quos nundum tagus harenis
Palleat,aut ſitiat admotis tantalus vndis:

Digitized by Google

Horreat inſipidos ætas, vel liuor amaros.
Dirige quod timida præſumpſit dextra: dexteram
Audacem pauidamq; iuua, tu mentis habenam
Feruoremq; rege, quicquid dictauerit ori
Spiritus aridior oleum ſuffunde fauoris.
Tu patris es verbum, tu mens, tu dextera: verbum
Expediat verbum, mens mentem, dextera dextram.

Contra Inuidos. CAP. IX.

HOc etiam votum facili bonitate ſecunda:
Hoc noſtris ſuperadde bonis, ne tranſeat iſtud
Ad limam liuoris opus, nec ſentiat illam
Iudicii formam, qua cancellatur honeſtum
Suppletur vitium, quæ verba decentia radit:
Turpia ſubſcribit, quæ præſtantiſſima ſcalpro
Mordet, & omne bonum legit indignante labello.

Narratio. CAP. X.

DVlcius expectat examen pagina, iuſtas
Pro viciis latura notas, habituraq; nomen
Promeritis laudiſq; vicem, ſi forte venuſti
Quid ferat auditu dignum, punctoq; fauoris.
Sit procul inuidiæ ſuſpecta nouacula, ſolis
Ingenioſa dolis, procul hæc ſit vipera, nullo
Corruptura niſi rerum momenta veneno.

De Recordatiõe Architrenii circa opa trãſacta. CA. XI.

DVmeſcente pilis facie, radioq; iuuentæ
Obſcuris pallente genis, cum mala viriles

Exacuit nemoroſa rubos, nec primula mento
Vellera molleſcunt, virides quot luſerit annos
Reſpicit, & quicquid tenero perſuaſerit ætas
Floridior, recolit: memor Architrenius imas
Pectoris euoluit latebras, merſoſq; profunda
Explorat ſub mente lares, nec moribus vſq;
Inuenit eſſe locum, nec ſe virtutibus vnum
Impendiſſe diem: me ne iſtos (inquit) in vſus
Enixa eſt natura parens? me miſit vt arma
In ſuperos damnata feram, diuumq; reatus
Irritent odium? legeſq; & iura meiq;
Prætercam decreta Iouis? vitii ne poteſtas
Mortales æterna premit? facinuſne redundat
Diis inuiſa palus? mater quid pignora tantæ
Deſtituit labi, nec quem produxit alumno
Excubat vt nullis maculam ſcelus inſpuat actis?

De Naturę potentia. CAP. XII.

ILlud enim ſupraq; poteſt, nullaq; magiſtras
Non habet arte manus, nec ſumma potētia certo
Fine coarctatur, aſtrorum flammicat orbes:
Igne rotat cœlos, diſcurſibus aera rumpit.
Mollit aquę ſpheram, telluris pondera durat:
Flore coronat humum, gemmaſq; inuiſcerat vndis.
Phœbificans auras, ſtellaſq; intexit Olympo:
Natura eſt quodcunq; vides: incudibus illa
Fabricat omniparis quiduis operaria nutu

Digitized by Google

Conſtruit euentuſq; noui miracula ſpargit.
Ipſa poteſt rerum ſolitos auertere curſus:
Enormeſq; ſerit monſtrorum prodiga formas
Gignendiq; ſtylum variat partuq; timendo
Lineat illepidos laruoſa puerpera vultus.

De Monſtruoſis. CAP.XIIII.

MAſcula graccorum tribuit geſtamina matri
Malleoloſq; ferens duplici cum folle viriles
Coniectura fuit gemini Cornelia ſexus.
Nubit Ariſtuſa mulier:modo nubitur illi
Permutatq; thoros,ea vir modo,fœdere fœdus
Rumpit,& efficitur illa ille,marita maritus,
Paſſaq; tritorem rurſum terit area,ducit
Fœmina,ſulcus arat,fodit ortus,malleat incus.
Curio natales armato dentibus ore
Exiit in luctus,acuit pro dentibus oſſis
Continui maſſam Pruſię filius,oſſa
Ligdamus extenſis habuit concreta medullis
Qui tulit ad Siculos victoris præmia laurum
Quam dedit Herculei ludi † ſpectator Olympus. † ſeruator
Aethiopum naſo facies non ſurgit,& oris
Planitie ſtrata,non delibantur odores
Naribus:aut cerebrum lachrymoſa foramina purgant.
Sunt quibus excludit linguæ iactura ſuſurros
Eloquiiq; vices digiti facundia tractat.

Interpreſq; manus animi ſecreta retexens
Obſequium vocis ſignis affabilis æquat
Et tacite rixans imitatur garrula lites.
Sunt quibus ora breui coeunt obnoxia rimã
Qua bibulis ſtomacho cibus inſpiratur auenis
Vixq; trahit cannis extorta liquamina maurus
Quem dapis irrigua mediatrix lactat arando
Dum calami rores anguſta mamillula plorat.
In pede bis binos digitos duplat accola nilo:
Eſt quoq; & vnoculo vultu contentus,& vno eſt
Crure potens curſus,plantam reſupinat ad ignes
Solis,& erecti ſpatio pedis efficit vmbram.
Gens libræ vicina carens ceruicibus,inter
Supremos humeros oculorum concauat orbes.
Sunt qui bis binis pedibus,ſunt qui ore canino
Degenerant homines ſpecie,ſed monſtra figuris.
Eſt cui cana comam puerilis liliat ætas:
Maturuſq; putrem vetulam deliliat annus.
Staturam cubitis ſeptem diſtendit oreſtes
Bis ſenis phrygios potuit mouiſſe:ruentis
Gemagog arduitas,coenei fracta lacertis.
In bis quinq; pedes produxit gabbarus artus
Aucta ter vndenis cubitis menſura metellum
Terruit,& Flacci tenuit mirantis ocellos
Corporis humani pluſq̃ titania moles.
Gens ſcytha ſpectatu geminis oculata pupillis

Lędit,& irata bilia quocunq; rotatur
Enecat intuitus oculis inſerpit inurens
Ira,peremptiui radiis interfica viſus.
Non eſt paſſa leui Craſſum molleſcere riſu:
Antoniam Druſi ſordente madeſcere ſputo
Fumida Pomponi ſolui ructatibus ora
Fulmine fortunæ Socratis palleſcere vultus
Aut miſerum leto rigidum flexiſſe tenorem.
Felices,& pœne dei,quos educat aura:
Quam pomi præmellit odor,fragrantia genti
Panis agit,potuſq; vices,hic Bacchus in æuis
Eſt cyathis,hæc Corbe Ceres ſic Gangis alumno
Viuitur & redimunt oris ieiunia nares.
Non effuſa gula,non ventris tabida luxu
Natio,nec ſordet vtero,nec gutture peccat
Duritia pſillum ſic loricauit vt atris
Integer eludat pugnantes morſibus angues.
Solaq; pro muri cutis eſt inſautia vallo:
Parma veneniferi iaculis imperuia dentis.
At me peſtiferis aliis exponit inermem
Anguibus,& totis viciorum deteror hydris.
Non mihi pacifico nudum latus aſperat enſę
Non Calybum plumis loricę retia nodat
Non ſurgente caput animoſum caſſide criſtat.
Non clypei telis obtendit mœnia,nec quos
Det natura timent ſcelerum ſtimphalides artus

Non furtim lęſura nefas deterret arundo.

De propoſito Archithrenii. CAP.XIIII.

QVid faciam noui,profugo natura per orbem
Eſt quærenda mihi:veniam quacunq; remotos
Abſcondat ſecreta lares,odiiq; latentes
Eliciam cauſas & rupti forſan amoris
Reſtituam nodos,adero pacemq; dolorum
Compaſſiua feret,et ſubſidioſa roganti
Indulgebit opem,flecti patietur,anhelas
Hauriet aure preces,& mentis verba medullis
Blanditiua bibet,lachrymiſq; pluentibus vdas
Siccabit manſueta genas,ad vota parentem
Filius inducet,ſpes ſolatiua timorem
Eiicit,& cœptis fauet,& tentaſſe †repulſa   †repulſæ.
Nil metuit †peius,ibo properantius,ibo   †pœnis.
Ocyus,& quæ ſit miſeris fortuna videbo.

De itinere Archithrenii. CAP.XV.

RVmpitur ergo morę ſterilis dilatio:cœptum
Promouet,vrget opus,mundi circũmeat axes
Et pede ſollicito terit Archithrenius orbem.
Montibus inſudat,metit ægro poplite valles.
Languet in abruptis,in planis pręuolat,auras
Ardua morbificant,releuant deuexa laborem
Sicca pedum curru,manuum legit humida remo
Seſe nauiculæ,ſeſe vice remigis vtens
Nec ſuſpendit iter,ſcopulos ſi planta queratur

Digitized by Google

Crura rubus fodiat,faciem ramalia cædant.
Dumus aret vultus,boreę furor ora flagellet,
Ardeat ad radios cutis,extinguatur ad imbres:
Sub Phœbo ſitiat:pluuiis adaquetur amictus
Sæuiat aut æſtus,aut frigoris ira,caputq;
Alba liguſtret hyems:nigra quod vacciniet æſtas:
Et face ſol Maurum faciat,niue bruma Britannum.

De domo Veneris. CAP.XVI.

IAmq; fatigato Veneris domus aurea,rerum
Floſculus occurrit,monti ſuperedita,qualem
Cantat odorifero philomena poetica verſu.
Quæ quibus intorſit odii certamina liuor
Ruffinum vitiis Stiliconem moribus †armat: †ornat.
Alternanſq; ſtylos,iſtum premit:erigit illum
Neutrum deſcribit,tacet ambos,fingit vtrumq;.
Hic dea virginibus roſeum cingentibus orbem
Præſidet,& rudibus legit incentiua puellis.
Inq; viros faculas accendit,& implicat hamos.
Ex quibus vna loci ſpecie pictura coruſcat
Stelligero vultu,pluſq̃ lædęa,Dione
Altera,quæ lunam maiori præuenit aſtro
Et quam ſubradiat Phœbi minus æmula Phœbe.

Deſcriptio Puellæ. CAP.XVII.

VErticis erecta moderatum circinat orbem
Spherula,nec temere ſinuato deuiat arcu

Digitized by Google

Non obliqua means vbi nec tumor aduena ſurgat
Nec vallis peregrina ſedet, laſciuit in auro
Indigeno crinis: nec mendicatur alumnus
pyxidis exter honos: nec nubit adul tera fictæ
Lucis imago comæ, non exulat arte capilli
Vmbra, nec aurifero ferrum ſepelitur amictu.
Hęc capitis precioſa ſeges, nec denſior æquo
Luxuriat: iuncto deſcenſu prona, nec errat
Limite turbato, nec diuertendo vagatur
Transfuga: nec cedit alio pulſante capillus.
A frontis medio tractu directa ſuperne
Verticis ad centrum via lactea ſurgit, aranti
Pectine, cuius acu geminas diſceſſit in alas:
Et tandem trifidum coma cancellatur in orbem
Diuiſoq; prius iterum coit agmine cirnus.
Liber apex frontis nitidum limante iuuentã
Tenditur in planum, trito radioſa politu
Et byſſo, quo prima cutem veſtiuerat ætas
Candida, nec maculę nęuo nubeſcit, oloris
Aemula: nec recipit vaccinia mixta liguſtris.
Qua propior naſo frons vltima vergit, aperto
Paruula planities ſpatio nudatur: vtrinq;
Luna ſupercilii tenui ſuccingitur arcu
Nec coeunt medio diſtincta volumina fine:
Gratius, alternos prohibent diuortia tractus
Communiſq; rubo via non ſilueſcit, eamq;

Non operit mentis pilus accuſator amarę
Nec clauſi loquitur fellis nemoroſa venenum
Tortilis auriculæ nodoſaq; cellula,gyrum
Explicat,& tornata breuem complectitur orbem.
Mundaq; naturæ digito purgata,latenti
Nuſq̃ ſorde rudis,ſcabros inculta receſſus
Erubuiſſe nequit,verborum ſemita,planum
Libera ſternit iter,fruticoſo calle,lutoſis
Non odioſa viis,ſucceptam nuncia menti
Portatura notam vociſq; domuncula cuiuis
Semper aperta ſono terſiſq; penatibus hoſpes
Murmura vel timidos non excluſura ſuſurros.
Excubiæ lampas faculis igneſcit ocellus
Sidereis,in quo ſaphiri flammata dieſcit
Gemmula,quam rutili mediam circũligat auri
Torquis,ad extremos tractus ardente berillo.
Prima pudicitię teſtis manſueſcit ocelli
Simplicitas,mentiſq; foris iuratur honeſtas
Promittitq; fides oculi ſyncęra ſabinam.
Egreditur naſi breuitas producta,magiſtro
Promittente modo,quo præcurrente tumentis
Ardua colliculi non dedecet aggere,turpes
Excurſus,aquila neſcit vel ſima recurſus.
Dirigitur iuſto ſpatio librata,venuſte
Tracta,nec alterutro declinans regula naſum
Non procul extendit refugo ve reciprocat arcu.

Digitized by Google

Naris odoratę redolet thymus, intimus extra
Non celatur honos, gemino dulceſcit aroma
Thuribulo ſpirans, lætum fragrantia ſpargit:
Aera vicineq; lares inbalſamat aurę.
Et vacuos implent abſentia cinnama tractus.
Non ibi laſciuis riget importuna pilorum.
Syluula, nec naris tenui crinitur ariſta.
Munda, nec interius rudibus dumoſa capillis.
Ebriat aſpectus animũ: cibat omne tuentis.
Delitium facies & prædo, cupidinis hamo.
Piſcatura viros: hæc neſtoris eſſe timori.
Iam gelidis annis, hæc ſollicitaſſe Catonem.
Retia, vel laquei, vel pulmentaria poſſent.
Hic color exultat placituro ſedulus ori
Incola flamma roſæ, quam circũfuſa coronant
Lilia, candentes vultus accendit, & ignes
Temperat, & parcit faculis, & amicius vrit.
Blandior extremi fuſa niue purpura lymbi.
Hæc roſa ſub ſenio nondum brumeſcit, & oris.
Hic tener in teneris pueriſq; puellulus annis.
Floſculus, inuitat oculos, & cogit amorem
Mentibus illabi ſtupidis: Veneriq; miniſtrat.
Arma, ſuaſq; faces, libratq; cupidinis arcum
Pectoris in vulnus, glacie contracta ſenectę:
Non ibi languet hyems, illuc inſerpere ruga:
Non pręſumit anus, ſubito circũuaga paſſu.

Digitized by Google

Et faciem longo pede ſignatura viatrix.
Vernanti minio ſuffuſa labellula, nullo
Vulgari pictore rubent: nec protrahit artis
Obſequium, quam ſola dedit natura rubricam
Non morſu ſolito parcenti dente labelli
Extorquetur honor, & quo ſuprema loquendi
Ianua veſtitur, non huius texuit oſtrum
Artificis pecten, oriſq; accenſa gemello
Lumine ſardonychis naturæ primula candet.
Diuite præcingit vallo redolentia linguæ
Atria dentis ebur: quę nec liueſcere morbo
Erubet, aut putris olida ferrugine ſordis.
Nec male radicum ſolidata ſede: minuto
Agmine rareſcit, necdum comes improbus inſtat
Proximus, vrgenti cedens, extrarius errat
Nec minor eſt ſpecie merito vicinia fine.
Nec linguam reſerat foribus diſtantia ruptis
Aut clauſos aperit ſpatii cæſura penates.
Colle tumens modico conuexi argentea menti
Area deſcendit q̃tum ſtudioſa venuſti
Nobilitas formę decreuerit, omnia iuſto
Perſcrutata modo, prætenditur ordine lecto
Meta, nec effuſum prǫgnanti porrigit aluo
Curuatura ſinum teretiſq; licentia cliui.
Non nimis anſa breui ſinuatur fine decenti
Monticulo ſurgens humili laſciuula dorſo.

Digitized by Google

Ningit in albenti manſura pruinula collo
Nec quatitur ventis, nec anhelo carpitur æſtũ
Verna nec hyberno boreæ ceſſura tyranno,
Nec metuens Parthi dominum latraſſe leonẽ
Cum fumante furit timor anni Sirius arcu.
Gutturis illimi ſpeculo contendit ad vnguẽ
Terſa ſuperficies, cupidos vix lubrica tactus
Suſtinet vt poſſit digito labente repulſam
Erubuiſſe manus, non hic montana toroſos
Multiplicat pinguedo gradus, teſtata guloſam
Finitimis cliuoſa iugis, non proxima nudos
Gutturis orbiculos cutis, exprimit oſſibus, arcto
Nubilis amplexu paulo placitura recedit.
Nec carnis mediæ quod epentheſis addit auaræ
Syncopat, exertis macies ingloria neruis.
Omnis in hac vna ſpecies conſedit, vbiq;
Inſeritur, nuſq̃ declinatiua, modumq;
Iactitat, in quouis ſpatio libraſſe venuſtum.

Explicitus eſt Liber Primus.

Incipit Liber Secundus.

DE RESIDVO DESCRIPTIONIS PVELLAE. CAPVT.I.

VRITVR, Et cæcum fouet Archithre-
nius ignem
Spectãdoq; faces acuit, vultuq; ruẽtes
Inſerit intuitus facies præſentior æſtũ

Aſperat,& tandem viſu ſibi peſtifer omni
Mollibus ad partes alias diuertit ocellis.
Parcior attollit diffuſio pectus,amarum
In muliere ſapit membrorum ſarcina,dulce
Virginis eſt animo non corpore pondus,honorem
Attenuat pugiles quicquid denſatur in artus.
Eſt breuibus maior,magnis minor omne recidit
Staturæ vitium,medio ſtatura venuſtas.
Conſuluit natura modum,cum ſedula tantum
Deſudaret opus:ne qua delinqueret:vtq;
Artificis digitos exemplar duceret:ante
Pinxerat electi ſpatii menſura puellam
Ne male pigmęa ſedeat:titania ſurgat.
Circunciſſa,breuis,limata,mamillula laxum
Non implet longæua ſinum puerilibus annis
Caſtigata ſedet,teneroq; rotundula botro
Pullulat,& nondum lachrymante puerpera lacte
Clauditur & ſolidum ſuccingit eburnea nodum.
Bina mamillarum diſtinguit pomula planum
Vallis arans ſulcum,deſcenſu libera,donec
Ventriculum tollat ſpatii cautela,breuemq;
Obuius enodis vteri tumor erigat arcum.
Qua teres aſtricti mediam domat orbita cinctus
Contrahitur flexo laterum diſtantia lumbo
Plenior ad pectus tenuatur ad ilia,donec
Luxuriet renum,gremio creſcente,volumen.

Digitized by Google

Inuius excluſæ veneri ſecretior ortus
Flore pudicitiæ tenero pubeſcit, vbiq;
Vernat inattritus, nec adulto ſaucius æuo
Nondum preda pudor vacua qui regnat in aula
Solus habens thalamos, vbi non admittitur hoſpes.
Temperat innocuas iuuenilis flamma fauillas
Nec venus intrudit, quo mores pruriat ignem:
Nec diuertit amor ad inhoſpita tecta pudoris:
Nec nocet, illa vel hic, mater face, filius arcu.
Improba non aperit vitii præſumptio, clauſas
Clauigera virtute fores, adamante ligatur
Ianua, quam voti grauitas infracta ſigillat.
Pro foribus lanugo ſedet, primoq; iuuentæ
Vellere molleſcit, nec multa in limine ſerpit
Sed ſummo tenuem præcludit margine muſcum.
Subtiles patula digitos manus extrahit vnguem
Cęſiui vrbano præmordens forcipis vſu.
Lenta verecundos amplexus brachia ſpondent
Nata puellares collo ſuſpendere nexus.
Plena, tenella, teres, ſurarum pagina, lęues
Pumicis attritus refugit, non indiget huius
Auxilio limæ, tactum non decipit, iſto
Morſa diu ſcalpro, non hoc ſentoſa pilorum
Turba timet raſtrum, fruticum radice reuulſa
Hanc meliore colit natiua nouacula cultu.
Orbiculum tollit communis fibula crurum

Surarumq; genu,nec quem internodia limant
Angulus incurui corrugat poplitis arcum.
Non diſtorta rudi procedit tibia torno
Recta,nec agricolam meminit male nata parentem.
Sublimata breuem cogit pedis area calcem
Articuloſq; ligans terſis decet vnguibus ordo,
Inciſura cutem ſcabies non aſperat,illic
Nullus inhorreſcit ſcopulus,nec lędit acuto
Exterretq; manus caro limatiſſima ruſco.
Nec ſimulat ſparſa criſtatam cuſpide ramnum.
Hæc oculis partim notat Architrenius,& quos
Non videt,a ſimili viſorum coniicit artus
Nudaq; pro ſpeculo velatæ gratia ſeruit.
Hæc placet,hanc voto quod vix reſpiret anhelat
Cernendiq; fauum cupidis delibat ocellis.
Nec ſitis infuſo minor eſt hydropica melle.

De Studio cupidinis. CAP.II.

AT vagus intuitu flexo miratur amoris
Suggeſtus alios:iuuenum dum pectore fraudes
Implicat idalias,non maieſtate ſedendi
Q; deitate minor,teneris tener ille magiſter
Diſcipulis pharetram nunc ſumit,cuius aperto
Carcere,vulnificum numerando colligit agmen.
Quid decliue meet oculo monſtrante,ſagittas
Dirigat,& †totis mucronibus aſperat iras †cote
Cuſpidibuſq; minas acuit,quaſdamq; reciſis

Digitized by Google

Aligerat pennis, filiq; ſuperpoſit orbes
Vnde maritatur volucri teres haſtula plumæ.
Nunc ſtat, & obſequiis genuum ceſſantibus arcum
Limat, & accedit humeris, flexiſq; recedit
Renſbus, inq; latus læuam præporrigit vlnam.
Obliquoq; pedes ſpatio diducit, & ecce
Cornibus ad coitum nitentibus, effugit arcus
Ex oculis, ad quos retrograda ſerpit harundo
In digitis neruo mox progreſſura relicto.

De Veſte & apparatu eiuſdem Puellæ. CAP. IIII.

ALiger & nullas alias dignatus amictus:
Purpureo veſtis ardebat ſole, ſtupetq;
Omnia, ſed cultum magis Architrenius, in quo
Succinctæ medio ſoleæ diffuſior ante
Et retro forma ſedet, ſoleæ ſubſtringitur arcu
Calceus obliquo, pedis inſtar factus, vt ipſos
Exprimat articulos cuius diductior ante
Pinnula procedit pauloq; reflexior exit:
Et fugit in longum, tractumq; inclinat acumen.
Exterior lateris paries coit integer, intra
Calceus admiſſo ſpatio diſcedit & ambas
Alterno laqueus morſu complectitur oras.
Arctatur caligæ deſcenſus ad infima, donec
Plenior occurrit pedis area, portio ſumma
Fluxior aſſurgit caute, creſcentibus illa
ndulget ſpatiis crurum magis ampla tumori

Digitized by Google

Pars facit,& poſſet offendi poplitis arcto
Curuatura ſinu,longo ſub poplitis arcu
Stringitur excurſu,caligæ pars cætera,preſſo
Tenſior amplexu,ne ſi ſpatioſior amplos
Porrigat anfractus intus vaga fluctuet,extra
Turpiter aſſurgat,rugarum tibia dorſo.
   Gratior irrugat ritu lacinia braccas
Teutonico,criſpatq; ſinus amplexibus arctis
Balteus vndantes,teneros dum mollia ſurgunt
Suppara per renes oculis factura repulſam
Arcanoſq; virum prçuelatura receſſus.
   Prodigus in latum nec caſtigatus auaro
Forpice,procedit tunicæ diſcurſus,& idem
Peccat in interula veſtis modus,omnia luxus
Ignauus prouiſor agit:ſola exit in arctum
Luxuries manicæ,ſumma caſtratior ora.
   Multiplici laqueo manicæ mordetur hiatus
Artificis qua ceſſat acus,pars cautius illa eſt
Sutrici neglecta manu,nam colligit oras
Fibula diſtantes nodoq; extrema maritat:
Vt manus arctanti manicæ iunctiſſima nubat.
   Ilia ſubſtringens ſpatioſum cinctus amictum
Contrahit & ruga tunicam depingit anili
Rugarumq; rogam ſenio iuueneſcere cogit.
   Qua toga laxat iter capiti:qua nobile pondus
Pectoris erigitur collo,confine coruſcant

Gemmarum radiis ſtellata monilia, noctis
Sidereæ mentita diem, flammatur in auro
Pectus, & ardenti dulceſcunt fulmina collo.
Ne coma liberior erret, ventoq; feratur
Importuna genis, vultuſq; exire volentis
Cęlatura iubar, ſuccedit circulus alto
Incumbens capiti, cedit ſtatura comarum
Mobilitas, cedit ſeruire licentia preſſis
Orbe coacta comis, vultuſq; erumpit aperta
Gratia, dum gemina ſuſpenditur aure capillus.
Mollibus exultat ſpoliis tunicata, ſuaq;
Laſciuit manus ipſa toga, quæ a pollice tractis
Decurrens ſpatiis, media plus parte lacerti
Induit, & ſummum cubitum delibat, vtrinq;
Clauſa iacens, ipſaq; manu ſcribente figuram
Certius in digitis nodi numerantur & vngues
Quos male tornatos incudi reddit amictus
Preſſior, & formæ vitio mendicat honorem.
Crimina ſurgentis vteri, ſiquaſq; tumoris
Deſidior natura notas incauta reliquit:
Has noua prouidit induſtria demanicatis
Occultare togis, quarum contracta ſupremos
Arctat forma ſinus, humeris quæ anguſtior hærens
Creſcit & inferius ſpatioſos exit in orbes.
Vltima laſciuit luxu chlamys ebria, dextrum
Dedignata latus humero iurata ſiniſtro,

Arguit exterior animum ſtatus, intimus extra
Pingitur affectus, leuitas occulta, forenſi
Scribitur in cultu, cultu monſtrante latentis
Copia fit mentis, habitus qui cætera velat
Pectora deuelat, aperitq; abſcondita, morum
Garrulus interpres & mentem veſte loquenti
Prædicat exterior, internas pagina leges.

De ingluuie hominum. CAP.IIII.

HAec ſtupet & cœpti memor Archithrenius inde
Tranſit, & ecce locus viſum ferit obuius, in quo
Affectus hominum varios trahit, ima colendæ
Sollicitudo gulæ, molli ſtudioſa palato
Delitiis lactare cibos, varioq; paratu
Extinctas animaſſe fames, diſpendia noctis
Producto breuiaſſe mero, longaſq; dierum
Corripuiſſe moras, baccho vigilante dolores
Et ſenſum ſopire malis, mentiſq; labores
Fallere ieiuno redituras pectore curas.
Hic ieiuna modi, tranſgreſſus ebria ventris
Ingluuies, humiles faſtidit prodiga menſas
Priuatoſq; lares, vel quod præ faſcibus ipſis
Fabritius morderet holus, trabeatus aratro
Serranus poſito riguis fouiſſet in hortis.
Neſcit vt humanæ redimat diſpendia vitæ
Q̃ modicum natura petat: producere vitam
Sola Ceres Nereuſq; poteſt, illudq; beatum

Digitized by Google

Viuere quod foliis rudibuſq; innititur herbis.

De Quæſtionibus ventricolarum. CAP. V.

INter ventricolas verſatur quæſtio, piſce
Quis colitur meliore lacus, quis fertilis aer
Alitibus, quæ terra feras producat edules.
Quos aſſare cibos, quos elixare palati
Luxuries diſtincta velit, quæ fercula molli
Iure natent, quæ ſicca gulę trudatur auerno
Quo iuris iactura meri redimatur in vnda
Quot capiat farctura modos, quo fœdere nodet
Oppoſitos mixtura cibos, quo frixa paratu
Exacuant guſtus: quæ corpora cura nepotum
Dictet aromatico panis mandare ſepulcro.
Quæ nouitas adiecta cibis epulonis acutum
Commendet ſtudium, nam quæuis prima voluptas
Delitias nouitate capit: quia gratia rebus
Prompta nouis preciumq; venit: præcepſq; bonorum
Gloria temporibus recipit fragmenta fauoris.
Quid proſit variare dapes: poſſitve cadentem
Erexiſſe famem: nam prona paratibus iiſdem
Occurrit ſaties, recipit fomenta ciborum
Alteritate fames, diuerſaq; fercula, guſtus
Inuitant, ſimileſq; creant faſtidia menſæ.
Quis precio leuiore cibus: quis plure refertos
Emungat loculos: nam condimenta palato
Plus ſapiunt quæ pluris emis: preciumq; paratus

A precio ſumit refert:quo viuitur,aſſe
Væneat an libra:menſæ ſpectatur in ære
Nobilitas,cenſuq; ſapor maiore iuuatur.
Quæ rara hæc molles exornant fercula menſas
Nanq; voluptates offendit copia,raris
Accedunt momenta bonis,conuiuia raro
Sumpta iuuant,taruſq; venit iocundior vſus.
Diſtat vtro piſcis an pingui ventre,palatum
Plus iuuet,an tergo,tenero quis crure,quis ala
Ingluuiem plus ales alat,quæ prima ferarum
Nobilitas,menſis veniat pictura potentum
Exceptis excepta viris,non Baucidis ollæ
Non Codri ſperata caſę:conuiuia regum
Deliquat,& nunq̃ menſæ popularis ad vſus
Degenerat:nulliq; togæ partitur honorem
Quem proprium prætexta rapit ſublimis ad aulas
Conuolat:& ſeſe raro committit amiclæ.
Par labor & ſtudium,quo fercula ſine parata
Quo fruſtata modo quo ſciſſa libidine poſſit
Ardorem ſudiſſe gulæ,nam forma paratis
Delicias,preciumq; parit multumq; tenetur
Materies formæ,nam ſi labor improbus adſit
Materiam ſuperabit opus,opibuſq; paratus
Addet opes,acuetq; gulis ardentibus ignes.

De Sollicitudine circa Condimenta.

CAPVT. VI.

Digitized by Google

AMplius in ſalſis labor amplior, ambitioſos
Facturis, auidaſq; fames, maioraq; magno
Lacturis momenta cibo, properatur ad Indos
Ardentemq; polum, ſecretaq; ſidera, ſtrati
Aetheris, vt toto cogantur aromata mundo
Et condimenti ſurgat laſciuia menſis
Auctior: & calido ſubſidat flamma palato.
Curritur ad Macedum fines, Niliq; receſſus
Et nudam ſub ſole Pharon, qua ſidera memphis
Non oculo languente videt, dum cuncta ſereni
Libertate legit, qua ſemper vtrumlibet axem
Vel neutrum demergit aren: qua dirigit ortus
Occaſuſq; pares, oculorum meta coluris.
Itur ad eoas ſpecies, meſſemq; peruſti
Axis odoriferam, ventris diuellere toto
Nititur orbe dapes, & condimenta libido:

Contra veſcentes auro. CAP. VII.

O Furor inq; nephas egreſſa licentia menſę
Prodigiumq; gulæ labor eſt in prandia q̄uis
Flectere naturam, mollis fit cœna metallum
Ingenituſq; rigor, epuli peregrinat in vſus
Principibuſq; cibum mentiri cogitur aurum?
Ergo aurumne gulæ viuendi protrahit auram?
Et Craſſo concludit idem? craſſos ne iuuabit
Et Craſſo nocuit? abſit pudeatq; pudorem
Q; vitium ſurgat, quo virtus corruit auro.

Digitized by Google

De optimi vini inquiſitione. CAP.VIII

SVdor & attritę ſupereſt vigilantia curæ
Excoctuſq; labor, ſtudiiſq; quod occupat omne
Ingenium quæſiſſe merum: nam gratia menſis
Abſq; mero deciſa venit, nec plena voluptas
Eſt menſæ quæ fundit aquas: facinuſq; receptis
Naufragium feciſſe cibis ſolennia menſę
Bacchus agit, mœſtoſq; animi diuellit amictus.

De commendatione Bacchi. CAP.IX.

BAcche corymbiferis Phrygiæ ſpectabilis aris
Quem Ioue maiorē, Thebę venerantur alſnum
Parnaſuſq; deum, cunctis deus inclyte terris
Q̃ bonus es, meliuſq; ſapis, plus ſole ſereni
Plus ſplendoris habes auro, Phœboq; nitoris
Plus auro Phœboq; potes, tu cætera pleno
Obnubis radio, ſidus plus ſidere, luxq;
Luce, dieſq; die, plauſus ſeris, oeya tractas
Et Thyaſis Thirſiſq; iuuas, tibi mœror, & omnis
Cedit hyems, vernuſq; venis lugubris amaram
Pectoris abſtergens lachrymam, ſepeliſq; ſepulchro
Lętitiæ curas: refoues felicius ægro
Pectus hebes luctu: per te tranquillior omnis
Intima luxuriat pax, expirante tumultu.
Præ timidos audere facis, leporiq; leonem
Inſeris, & neruis animos vt vina miniſtras

Digitized by Google

Imbelles in bella vocas, animoſq; iacẽtes
In martem mortemq; rotas, mauortis in vſum
Inualidos mauortis agis, dextramq; trementem
Sub ſenio vinoq; regis, tuus enſis in enſes
In galeas galea, quẽuis rapit, ignis in ignes
Fœcundo fœcunda mero facundia ſurgit
Et vino verbiſq; fluit, ſic lingua lyeum
Mercuriumq; ſapit, gemina ſic ęſtuat vnda
Eloquii torrens, etiam prudentia vino
Vberior feruet, exurgis Bacche, caputq;
Et linguam pectuſq; moues capitiq; megęra
Pectoribus neſtor, linguis inſerpit vlyſſes.
Triſtibus oppreſſos animos in lęta relaxas:
Mœroris tumidam curas hydropiſin ęgro
Pœoniis animo medicina potentior: hærbis
Languores lãguere facis, ſenſumq; doloris
Cogitur ipſe dolor poſuiſſe, maliſq; malorum
Eripis effectum, releuas ſeruire paratę
Paupertatis onus, toties quod ſenſit egeſtas
Dediſcit ſentire iugum, felicia fata
Et rerum momenta creas: ſortemq; beatam
Pauperis eſſe iubes, & qui ſeruire ſteterunt
Conſedere duces, & bacchi ſtante corona
Surgit ad os patriæ dominus ſeptemplicis aiax
Anglicus, & calice † ęquali contendit vlyſſes. †ſimilis
Hæc vbi funduntur baccho præconia, tales

Digitized by Google

Multiplicat plauſus plębes deuota,refertis
Incubuiſſe cyphis,erroris prodiga,mente
Saucia languenti,rationis dedita ſacrum
Extinxiſſe iubar,rabido ſubmerſa lyeo.

De Potu ſuperfluo. Cap.X.

ERgo vagante cypho diſtincto gutture † weſſeil † wetſell
Ingeminant weſſeil. labor eſt plus perdere vini
Q̃ ſitis,exhaurire merum ſtudioſius ardent
Q̃ exhaurire ſitim. commendatiua lyei
Eſt ſitis,& candens calices iterare palatum
Imperioſa iubet,ad bacchi munera dextras
Blandius inuitat,pluris ſunt pocula,pluris
Ariditate ſitis,Bacchuſq̧ ad vota peruſtæ
Candentiſq̧ gulæ recipit crementa fauoris.
Non modus eſt calicis niſi ſarcina ſumpta redundet:
Et primum repetatur iter,data nauſea reddit
Altera vina cyphis,luteo corrupta veneno
A venis in vaſa venit,ſua munera Baccho
Indignata refert,reditumq̧ vrgente palude
Bacche retro properas,verſæq̧ recurritis vndæ.
Sic male libratos caſtigat nauſea ſumptus
Et fugat exceſſus naturæ parca voluptas.
Non ſatis eſt hauſiſſe,ſatis ſe credere citra
Naufragii diſcrimen aquis,pede ſumma profundi
Carpere nec mergi,rerum gula prę̧terit vſus
Improba felices ieiunia ſuſtinet ęgre

Digitized by Google

Nec librante modo nouit deponere,rebus
Vtitur ad pœnam:dum ventrem copia iuſto
Plenior attollit,dum parcius eſſe beatus
Vellet homo:damnatq; ſuas habuiſſe fauentes
In ſua vota manus,gula quas natura creauit
Delitias tormenta facit,ſumptuſq; minores
Pauperis abſoluit,heu nunq̃ ſobria,nunq̃
Nacta modum,recipit ieiuna & plena flagellum.

Exclamatio in Gulam. CAPVT.XI.

AH gula quæ mundum penitus ſcrutaẽ & vſus
Torquet in illicitos terrę prędulcia matris
Pignora,quæ gremio defouit,blandius ipſis
Egregio factura deis miracula partu.
Ah Gula quæ mundum modico concludis in vtre
Omnia detrudens ſtomachi ferventis in æthnam
Viuendiq; lares,naturæ vile ſepulcrum
Tabificanſq; rogus,& edulis funeris vrna.
Ah,Gula delitias cuius perferre,quis ęqua
Mente queat,cunctis opibus circunflua mundi
Tot non poſſe dolet vno concludere ventre.

De Statu Guloſi in comeſtione. CAP.XII.

HErcula metitur,ventriſq; palatia tantis
Inueniſſe ſtudet capientem rebus abyſſum,
Gutturis ergo vias latebroſaq; viſcera tendit
Eſt ſatius rumpi,q̃ menſæ parcere,ventrem
Diſtraxiſſe,cibos q̃ non conſumere dulces.

Increpat anguſta ventris præſepia, monſtrum
Ventre, licet ſit homo ſtomachi piget eſſe receſſus
Tam modicos & ea naturæ damnat auaras
Parte manus, reliquo pigmęus corpore mallet
Ventre fuiſſe gigas, augeri cætera ducit
Membra ſuperuacuum: mallet ſe cætera gnanum.
Plenius augmentum ventris pigra ſarcina penſet.
Reſpicit ergo dapes circũfuſoſq; paratus
Iam votis oculiſq; vorat, circunſpicit omnem
Luxuriem menſæ: ſed cum non poſſit ad omnes
Suffeciſſe cibos, neſcit gula, neſcit, an iſtis
Irruat an ne illis, ſed & iſtis ardet & illis.

De Statu eiuſdem poſt ſatiem. CAP. XIII.

VT ſatis eſt ventri, nec iam vacat angulus, eſcis
Inuita parcente gula, longumq; momordit
Verſauitq; diu pleno cogente repulſam
Gutture: iam veniam feſſis poſcentibus ægro
Dentibus attritu nec plus datur eſſe facultas
Iam cumulum capiente cibo, cum poſtulat æquam
Ne vergat dapis vnda gulam, tunc cogitur eſſe
Tandem larga manus partitur ſiqua ſuperſunt
Conuiuis: conuiua ſatur transferre neceſſe eſt
Qđ retinere nequit cui non licet vt ſit auarus
Cogitur vt largus, trahitur dare dextera, dando
Pœnitet, & ſequitur redeunti munera voto
Hæc indignatus & obhorrens omnia ſecum.

De Sobrietate alborum Monachorum. CAP.XIIII.

O Sancta, o felix albis galeata cucullis
Libera paupertas, nudo ieiunia paſtu
Tracta diu ſoluens, nec corruptura palatum
Mollitie menſæ, Bacchus conuiuia nullo
Murmure conturbat, nec ſacra cubilia mentis
Inquinat aduentu, ſtomacho languente miniſtrat
Solennes epulas, ventris grauis hoſpita tethys
Et paleis armata Ceres, ſi tertia menſæ
Copia ſuccedat, truncantur holuſcula, quorum
Offendit macies oculos, pacemq; meretur
Deterretq; famem, pallenti ſobria cultu.

De ſobrietate Fabritii & Baucidis. CAP.XV.

HAec ſunt Fabritius quæ legit holuſcula quorum
Aſperitas modico ſale fracta, & ſimplice lympha
Ruſtica non nouit molli manſueſcere cultu.
Conſulis hæ dulces epulæ lautiq; paratus
Quaſq; probat natura dapes, O terq; quaterq;
Baucida felicem, ſociumq; Philemona lecti
Pauperis, & menſæ cuius pes tertius impar
Aequa ſubinducta tenuit menſalia teſta.
Ille beatorum cœnę modus, illa beata
Menſa viris optanda fuit quam larga profudit
Fœcundo natura ſinu, mundoq; parauit
Ingenio contenta ſuo, non indiga victus
Artifices quæſiſſe manus, ſolertior artes

Reſpicit humanas precioſa Philemonis illa
Fercula, quę Bauchis ſtudio tractauit anili.

De Menſa Bauchidis. CAP. XVI.

Panis triticea de meſſe ſiligine mixta
Quā voluēte manu mola ruſtica fregit, & illam
Bauchis ſub tepida coxit ſtudioſa fauilla
Deterſitq; ſinu, digitoq; abraſit aduſti
Corticis extremam, quam pruna momorderat oram.
Pro vino miſcentur aquæ, quas putris auenę
Corruptęq; ſolo, turbatas puluere primum
Coxerat, & lutea mox fermentauerat ola.
Addit holus, quod item cum ruris edulibus herbis
Legerat, & calidis rigidum defregerat vndis
Imbueratq; bouis riguo quam pauerat horto
Lacte nouo, pinguiq; ſuis condiuerat oſſe.
Caſeus accedit vetus, & quem fiſcina nuper
Miſerat, & ſinū qui nondum liquerat infans
Et tener, & tepidi ſeruans cunabula ſini:
Et qui flere gena nondum diſſueuerat vda
Additur agreſti butyrum ſub lance retractum,
Quodq; ſuperducto ſolidi curuamine lactis
Continuoq; ſinu clauſit ſolertia maior.
Seduliorq; manus ruriſq; vrbanior vſus
Dulcia ſuccedunt niuei libamina lactis
Idq; quod extorta ſolidę pinguedine maſſę
Exeſo, macies vultu viridauit, & illud

Digitized by Google

Tempore quo tracto ſolidatum reddit aceto
Ruſtica cognatum, quid plura? beatior omni
Diuite, pauper anus, lactis genus omne miniſtrat
Addit opes, quas fudit apes: ancilla potentis
Sedula naturæ, dat mella, & coniuga ceræ
Et viduo iam paſſa faui diuortia lecto.

Ouaq; largitur tepidis admota fauillis
Et verſata diu partim ſubmollia, pruna
Parcius vrenti: partim ſolidata, fauilla
Acrius ignita: digito quæ morſa ſuperne
Corticibus ruptis iterantis pollicis ira
Sordeſcente ſalis, lapidoſo fragmine Bauchis
Sparſerat, & tandem feſtucæ fixa rigentis
Cuſpide præmorſa, lauti ieiuna paratus
Sponſo non alio luxu placitura propinat.
Mille modos cultus recipit tractabilis oui
Mollities, ſed eos vno contenta, vitello
Parca voluptatis † ſenio vergente, reliquit.

Vno cõtenta.

Poma dat, & mellis & aceti proxima, poma
Quorum verna genis primæ lanugo iuuentæ
Texitur, & poma quæ filia ruga ſenectæ
Exarat intorta ſenio nodante cicatrix
Vtraq; corticibus tunicata, nec illa, nec ille
Cæſilis ingenio † ferri deuellit amictum
Vltima tornato pomi deuellere gyro

† fracta

Digitized by Google

Non fortuna caſę non ruris curia nouit.
Dat pyra, dat tenero corna inflammata rubore
Dat ficus, dat pruna, roſę quae purpura velat
Et quae pallidior blando crocus induit auro.
Et quibus exterius ferruginis enatat vmbra.
Et quae naturae ſtudio mixtura colorum
Gratior & dulcis oculo diſcordia pingit.
Nux datur, & nemorũ quae dumos incolit: & nux
Puniceo nuclei peplo generoſior, & nux
Nobilior guſtu quam geſſit amigdalus, & nux
Exteriore toga pallentibus ebria ſuccis
Manſuramq; diu digitis factura lituram.
Has inopis menſae dat opes, & caetera, pleno
Cętera ſi qua dedit orti ſacra copia cornu
Liberiore manu Bauchis dedit omnia, ſi quo
Plenior arriſit autumni gratia menſę
Tempore, nam multis opibus natura parandis
Tempora multa parat, & rerũ temperat vſus
Tempore non vno, variat ſucceſſio tractu
Succeſſus vario, nec ſic parit iſta, q; illa
Nil veniat paritura dies: felicia reddit
Tempora, diſtincto ſuperum clementia cultu,
O deus humanis circũſpice, fręna palato
Pone, modũq; cibo, mundum laſciuia maior
Exeat, aut alio diſpenſet copia cornu.
Parcius effuſam tractet moderantia menſam:

Digitized by Google

Admiſſuſq; pati venter doceatur habenam.

Archithreniꝰ Pariſiū venit: & de eiꝰ laude. CAP. XVII

HAec fatus, lachrymas non vltra continet, illo
Deueniſſe dolet, alio feſtinat, eunti
Exoritur tandem locus, altera regia Phœbi
Parrhiſius, Cyrrhæa viris, chryſea metallis,
Græca libris, Inda ſtudiis: Romana poetis:
Attica terra ſophis, mundi roſa, balſamus orbis:
Sidonis ornatu, ſua menſis, & ſua potu.
Diues agris, fœcunda, mero manſueta colonis,
Meſſe ferax, inoperta rubis, nemoroſa racemis,
Plena feris, piſcoſa lacu, volucroſa fluentis.
Munda domo, fortis domino, pia regibus, aura
Dulcis, amœna ſitu, bona quęlibet, omne venuſtum,
Omne bonum, ſi ſola bonis fortuna faueret.

De miſeriis ſcholaſticorum. Lib. III. CAP. I.

Illis minor at paulo plebes phœbea ſcđos
Vix metit euētꝰ qcq̄d ſerat vndiq; torti
Vapulat aduerſis, gemit Archithreniꝰ agmen
Palladis, a miſeris vix reſpirare, beatos
Pectore & ore ſophos, fato pulſante flagello
Aſperiore premi, nulla virtute fauori
Diuitis adnecti, ſtudio ſuadente malorum
Continuare dies, ſenium prohibentibus annis
Præcipitare malis, pubiſq; vrgere ſenectę
Damna rudimentis dum vitę abrumpit egeſtas

Digitized by Google

Gaudia,dū tenuē victum fortuna miniſtrat
Ad modicum,torpente manu,ruit omnis in illos
Omnibus aduerſis : vacui furit aſpera ventris
Incola longa fames,formæ populatur honorem:
Exhauritq; genas macies pallore,remittit
Quam dederat natura niuem,ferrugine texit
Liuentes oculos,facula ſplendoris aduſta
Extinxit faciem,marcent excuſſa genarum
Lilia, labrorumq; roſæ,colliq; pruina
Deiicitur liuore luti,mœſtiſſima vultu
Mortis imago ſedet neglecto pectinis vſu
Cæſaries ſurgit,confuſio crinis in altum
Deuia turbat iter,digito non terſa colenti
Puluerulenta riget,ſecum luctamine crinis
Dimicat alterno,non hæc diſcordia paci
Redditur:intortum digito ſoluente capillum.

Q; egeſtas a corpore cultum remouet petulantē. Cap.II.

NOn coluiſſe comā ſtudio delectat arantis
Pectinis,errantiq; viam monſtraſſe capillo
Languenti ſtomacho,nitidi non ſentit egeſtas
Cultus delitias,diſſuada libidinis,odit
Pectoris arce coli,formæ contenta venuſto
Quod natura dedit,maior depellere pugna
Sollicitudo famem:grauiorem gentis erynnim
Quæ Tethym ore bibens,animo bibit ebria phœbum.

De tenuitate veſtitus. CAP.III.

Digitized by Google

QVem ſcopulū mentis,ſcopulo quid durius! illa
Horrida non flectat logicorū turba!rigorem
Quis non excutiat,& toto pectore dulces
Deriuet lachrymas,quotiēs occurrit honeſta
Philoſophi fortuna minor deſtringitur æuo
Qua latitat veſtis,ætatis fimbria longę
Eſt,non artificis,ipſa eſt quæ abrumpit amictum
Portandiq; labor,ꝙq; omnibus vnus adeſſe
Cogitur obſequiis†varios damnatus ad vſus.
Reſpirare dies nullo ſudore meretur:
Quem dederint noctes venti ſuſpirat ad ictus
Litigat ad Boreæ flatus,aſſibilat Euris
Mollibus,& Zephyri clementes ridet ad auras!
Lenior & madidis eadem lachrymatur ab auſtris
Penula,tot laſſata malis,propiuſq; ſenectę
Forfice tonſa pilos,& ſi qua eſt gloria cultus
Exit in aſpectum,verum prætexitur vmbra
Intima veſtis hyems:lędit minus abdita clauſtro
Diuite paupertas,oculos deludit amictus
Dum tenui Crœſum pręſcribit imagine Codrus.

†Veneris

De indigentia rerū familiariū,& cibi ꝑcipue.CA.IIII.

PArua domus,res ipſa minor:contraxit vtrūq;
Immenſus,tractuſq; diu ſub Pallade feruor
Et logicę iocundus amor,tenuiſq; laboris
Emeriti merces,& ꝙ de more ſophiſtas
(Miror qua inuidia fati) comitatur egeſtas.

Digitized by Google

Pauperies eſt tota domus, diſſueſcit ad illos
Vbertas veniſſe lares, nec viſitat ægrum
Copia parnaſum, ſublimior aduolat aulas
His ignota caſis, vbi pauca vetuſq; ſupellex:
Languida ſordet anus, admoto immurmurat igni
Vrceolus, quo piſa natant, quo cæpe vagatur,
Quo faba, quo porrus capiti tormenta minantur.
Quo rigidum palleſcit holus, quo fercula feſto
Attriplices libanda die, quo vilior orti
Ieiunam expectat quæuis farrago Mineruam
Hic, vnde aſſiduo conflictu litigat vnda.
Hic coxiſſe dapes, eſt condiuiſſe, libido
Menſæ nulla venit, niſi q; ſale ſparſa rigorem
Eſca parum flectit, ſolo fit amicior vſu
Coenula luctanti, minus obluctata palato.
Maior in auguſtis, ſi accedat copia menſæ
Gloria, ſolennis aries truncatur, & olæ
Maiori minor vnda datur: ſic omnis acerbæ
Aſperitas manſueſcit aquæ, mox carnibus eſis
Suppleat hauſta cibum panemq; abſorbeat atrum
†Arida dum pleno ſuperet ſtructura catino. †Ardua

De Vilitate Seruientium. CAP.V.

NVdus in annoſo tunicę ſqualore miniſtrat
Geta dapes, dum vile meri libamen in vrbe
Birria venatur precio veſtitus eodem
Muricis eiuſdem: luteus: macer: horridus, ore

Digitized by Google

Languidus exangui: plumarum ſpumeus, hirtam
Agmine cæſariem feſtucę extantis in altum
Cuſpide criſtatus, crinis, ſylua intima denſo
Puluere preſſa iacet, ſed & his peiora latere
Suſpicor, attritum digito ſcrutante capillum
Neſcio quid facilem dum ſępe adducit ad vnguem.

De Cubilibus. CAP. VI.

SObria poſt menſę tenuis conuiuia, frenum
Suſcipiente gula, ſatiem quod pręuenit ante
Dimidiaſſe famem, ſcabra ferrugine ſtrati
Contrahitur macies, quo vix depreſſior infra
Area deſcendit, nec ferrea pene iacentem
Proxima frangat humus, illic pugil improbus hæres
Sudat Ariſtotelis, oculum mordente lucerna:
Dum pallens ſtudio, & marcens oleo, ardet vtroq;
Languidus inſomnis, & ocello & pectore noctes
Extrahit alterutro vigiles, oculuſq; lucernę
Peruigil, & lippit & lippum torquet ocellum.

De Studio nocturno. CAP. VIII.

IMprimit ergo libris oculi mentiſq; lucernam
Et libro & cubito dextręq; innixus & auri
Quid noua, qd veterũ peperit cautela reuoluit.
Omna caſtaliis pede quæ ſulcauerat antris
Pegaſus, exhaurit oculis & mente fluenta:
Nunc oculo, nunc mente bibens, nunc haurit vtroq;
Illo plus, illaq; minus: nunc lecta camino

Decoquit,ingenii memoriq; in pectore nudo
Preſſius aſtringit,nunc delibata reducto
Præterit affectu,non inuitantia pectus
Delicioſa manus,altęq; in ſcrinia mentis
Digna venire parum,nunc quę minus ardua parcunt
Reptanti ingenio,facilis tranſcurrit aperta
Planitie cliui,nunc quod nodoſius obſtat
Ingeniumq; tenet,ne tollat in altius alas
Inſtantiq; redit ſtudio:conamine toto
Pectoris exertus:proniſq; igneſcit ocellis:
Immergitq; caput gremio,longumq; volutat
Præcipites reſerare vias,curſumq; negantes
Oppoſitas fregiſſe fores,oculumq; reducit
Sæpius ad librum digitiq; & mentis acumen
Inq; diem limat tenebras,decreſcit ocelli
Angulus in rugam,reliquam ferit obuia ſyluam
Sylua ſupercilii vario frons ignea ſulco
Monticuloſa coit,ſtudio criſpatus in altum
Contrahitur naſus,animæ luctamen anhelum
Preſſa labella iuuant ſeſe procedere toto
Dimicat obiicibus ruptis,ſuſpiria tractim
Proiicit,& gemitus efflat,vultumq; cruentat
Vnguibus,ambuſtis oculis,totuſq; furore
Effluit,ingenii tandem ſtudiiq; ruenti
Flumine,cogit iter,& liber in ardua figit
Intuitum,totumq; iubet ſibi cedere cœlum

Digitized by Google

Immenſumq́ probat quo mundus clauditur orbem
Si quod nulla ligat metę orbita dicitur orbis.

De Singulis artium liberalium capitulis, & primo De Aſtronomia. CAP. VIII.

Aſtronomia. AEthera directe cernit, contraq́ reniti
Quamlibet oblique ſtellam, ſoliſq́ rotati
Orbe parallelo, quæ ſidera fixa vocauit
Segnior occurſus, aperit quæ forma, quis ordo,
Quæ natura latens, quæ vis diſtorqueat axes
Muſica. Sideris errantis: fixis, quę muſica curſus
Vincla parallelant, eadem quę perficit ætas
Annoſuſq́ dies, & in ordine firmat eodem
Qui ſitus eſt idem, nunc mente & puluere circlos
Lineat, & ſpheras, & quo quadrangulus orbem
Quadruplet euoluit, laterum qui ductibus exit,
Ex quibus hoc cingit, mediumq́ hæc diuidit orbem
Quodq́ orbem ſpheræ maiorem quadruplet eius
Curua ſuperficies, ſtupidæ ſolertia menti
Geometria. Nobilior monſtrat, nunc elimaſſe laborat
Preſſius euclidis numeros, cogitq́ quod eſſe
Linea non poſſit, numeri diuiſa ſecundum
Extrema & medium, quodq́ eſt aſſimetra coſtæ
In duo quadratum, partita dyametros aut eſt
Par impar numeris, nunc ad miracula limam
Rethorica. Rhetorice flectit, referans qua molliit Orpheus
Robora dura cheli, quanto facundia linguæ

Digitized by Google

Robore,threicii defregit roboris agmen.
Qui fit vt hanc vitæ populus faſtidiat auram,
Seq; ſibi mortis pugilem ſpontaneus armet
Et rupta gladium fatalem ſorbeat aluo:
Dum vacuas in luce moras,mundiq; retractat
Segiſias luctus,contemnendumq; perorat
Hoc lacheſis munus & apertum peſtibus orbem
Pœnarum pelagus,ſcelerum mare,cladis abyſſum
Fœtoris puteum,viciorum ſordę paludem.
Nunc vbi vera latent,ſcrutatus ſcrinia cæcis — Logica.
E latebris vellit,quid verum ſemper idemq;
Semper erit falſum:nec corpus corpore plures — Phyſica
Tenditur in partes nec harena in maius harenam
Partibus excedit,nunc peſſum figit acumen
Grammaticę cuius & vocum circuit apta — Grāmatica.
Fœdera:menſus vbi geminum conſtructio rectum
Tranſitione ligat,ſicut contraria recto
Obliquum ratio ſine tranſitione maritat.
At ſi quid ſtudium celat caligo retuſam
Elidens aciem,cliuoq; relangueat ardens
Curſus in acceſſo deſperantemq; relabi
Arduitas cogat,id ſola mente vel illa
Et clamor currente notat,clauſumq; reſeruat
Craſtina quod maior poſſit reſerare Minerua
Et menti & calamo rerum velamina mandat
Quæ deuelāti poſſint veniſſe magiſtro.

Digitized by Google

Mentis in aſpectũ: cũ phœbi auriga fugabit — delitioſa fictio.
Luthea purpureo ſtellas aurora flagello.

De Sopore ſcholaſtici ſtudio fatigati.

CAPVT.IX.

TAlibus inſudans olei, libriq; lucerna
Tabidus illanguet, toti impertiſſe Mineruę
Sedulus ardet amor, dum ſtrato phœbus ab axe
Antipodum ſurgat, & paucis diſcat ab ortu
Iam gradibus: tenui tunc primum ſpargit ocellos
Nube quies ſomni, calamumq; & cætera laxis
Inſtrumenta rapit digitis, decliue libello
Suſcipiente caput, ſed in illa pace ſoporis
Pacis eget ſtudii labor inſopitus, & ipſo
Cura vigil ſomno, libros operamq; miniſtrat
Excitæ ſomnus animę, nec prima ſopori
Anxietas cedit, ſed quæ vigilauerat ante
Sollicitudo redit & maior ſumma laboris
Curarum ſtudiis inſomnibus obiicit hydram.

De Vexatione ipſius per ſomnia. CAP.X.

NVlla quies ſomnis: nec enim ceſſura quieti
Cura ſoporatur, nec nulla potentia ſomni eſt:
Quicquid in attritis rerum perplexio nodis
Torſerat, euoluit: quicquid non ceperat ante
Segnior intuitus vigilantis: multa magiſtro
Nox aperit ſomno, cum ſtrati corporis extra
Sarcina dormitat, vigilant in pectore ſenſus.

Digitized by Google

Diſputat oppreſſo ſtrepitu,clauſoq; tumultu
Argumenta iacit,tacitoq; inſtantius ore
Et digito lęuam ferienti clamat vtroq;
Garrulus immoto,nec nunq̃ lingua loquentis
Tentatam ſeriem titubanti murmure turbat
Nec nexu, explicito ſomno,ligat ebria voces.
Et ſomni meminit curas infantia linguę.
Nec minus & digiti ſuſpenſę audacia lęuę.
Surgere conatur,ſed deſide preſſa ſoporis
Mole retardatur,& ſolum palpitat,icto
Aere vel libro,nam libro immerſus inhæret
Exanimiſq; iacet,ſub mortis imagine ſomno.
Sic varia pectus ambage inſomnia vexant,
Sollicitumq; trahit curarum turba ſoporis
Indepaſta fame,iamiamq; aurora diei
Nunciat aduentum,cum phoebo præuius ortum
Lucifer explorat,primumq; excerpere rorem
Mane nouo ſudante parat,ne ſemita phoebi
Polluat vnda togam chlamydiſq; elidat honorem.

De præparatione eiuſdem ad ſtudiū ꝓfecturi. Ca.XI.

ECce ſopor phoebo vigili ceſſurus,ocellis
Philoſophi cedit,ſomno inuitantibus aſtris
Iam vigilante die ſtellis citus inſilit hoſpes
Hoſpite mutato,miſer ecce excitur ocellus
Luciferi clamante tuba damnoq; lucernæ
Ardet adhuc extincta die,cæliq; ſepulta

Digitized by Google

Lumine non oleo ſummam aſpergente papyrum
Obſequio ve manus vaſi reuocantis oliuum
Poſt alios paſtus ſe depaſcente papyro.
Excutit ergo caput:vultuq; aſſurgit & aura
Turbidus,& crines digitorum verrit apertam
Pectine cæſariem,ſomnoq; madentia ſiccat
Summa labella ſinu,noctiſq; laboribus ore
Reſpirante gemit,oculoſq; in fęce natantes
Expedit a nodis cilii texentibus vmbram
Extricatq; manu,parteſq; effuſus in omnes
Vndiq; diſcurrit oculus,dum tempore digna
Nomina deprendat,& vbi dinouit ad ortum
Surgere ſolis equos:queritur diſpendia ſomni
Plus iuſto traxiſſe moras,nimiumq; citato
Axe,diem raptam,præceſſuruſq; magiſtrum
Præceſſiſſe timet,& iam pro parte diurna
Intonuiſſe tuba fontiſq; ſecunda propinet
Pocula Cyrrhęi domitos torporibus artus
Increpat, & mœſtos irę indignatio riſus
Excutit,& tumidos flammato pectore queſtus
Euomit,in lachrymas tandem vergente querela.

De amatore amicam expectante & ad eam noctu acce-
dente. CAP.XII.

VT veneris miles furtiuum pactus amatæ
Poſtibus acceſſum cum luna retorſerit ignes
Fratris ad occaſum Veneris min⁹ apta rapinis

Laſciuiſq; dolis,dum nocti infuderit vmbram
Anxius expectat,tandem titubantia ſomnus
Lumina furatur,dubiiſq; inſerpit ocellis:
Quos vbi torpere eſt Venus indignata,vigilq;
Somno extorſit amor,& iam tenet vltima cęli
Coniuga luna ſolo,ſternitq; cubilia,feſſam
Suſceptura Tethys,vmbramq; extendit in ortus
Preſſa ſoror phoebi,rabie crudeſcit amator
Deſide deludi ſomno ratus,irrita languet
Quam facit hora ratam modicis ſpes ſaucia cauſis
Increpat excubiis oculis ſe credere iurat
Damno præteritę ꝙ vota feſellerit horę:
Ꝙq; ſemel luſa nunq̃ potiatur amata.
Seq; ſuiq; pudet,Veneris ſe intrudere caſtris
Degenerem damnat:ſtimulos tamen inuenit,& ſpem
Conſolatur amor,& amans ad limen amatę
Ocyus igne volat,rapiturq; Cupidinis alis
Suſpicienſq; ſimul terras metitur,& aſtra
Has pedis,hæc oculi curſu,quod ſole prematur
Signum,quod medium teneat ſublimius orbem
Mens oculuſq; vident: q̃tū eſt de nocte relictum
Aethere ſcrutatur & cuncta loquentibus aſtris.

De Tranſitu ſcholaris ad Scholam.CAP. XIIII.

NOn ſecus & miles phoebi ad loca pacta Mineruæ
Diſcendiq; lares,properat luctamine toto
Et pedis & mentis,auroræ ad lumen eundo

Digitized by Google

Sæpius aſpectans, oculiſq; amplectitur ortus
Et pedibus terras quantiſq; aurora ſuperni
Aetheris ignito chlamydis ſuccenditur † oſtro — † cœſtro
Et quantum a phœbo declinet linea libræ
Hoc oculis hoc mente legit, diuellit ab illis
Quæ mora dum Tethyos medius ſuperenatat arcum
Sol vbi philoſophis eſt ianua prima diei.

De ſtatu eius in magiſtri præſentia.
CAP. XIIII.

VT ventum eſt Pallas vbi mitior agmina curæ
Armat, & ad ſtudii mens ſudatura palęſtram
Suſcitat ingenii flammas, conanima mentis
Contrahit, exacuit animam, totuſq; coacti
Pectoris incumbit oculis, riguaq; magiſtrum
Aure & mente bibit, & verba cadentia promo
Promptus vtroq; leuat, oculiq; & mentis in illo
Fixa vigilq; manet acies, auriſq; maritat
Pronuba dilectam cupida cum mẽte Mineruam.
Hanc ſitit, hanc ardet, ſtudii Venus altera maior
Alter anhelat amor, totumq; impendit acumen
Expenditq; diem, dum phœbi roſcidus orbis
Creſcit in occaſu ſublataq; redditur aſtris
Flamma ſuuſq; dies, cum lumina ſole fugato
Et noctis reſerat, & lucis veſpera claudit.

De compaſſione rerum ſæuiſſimarum erga ſcholaſticos. CAP. XV.

Digitized by Google

HOc ſtudii pondus hęc eſt †congeſta malorum †coniecta
Philoſophi moles: cui compaſſura quieſcat
Monſtrorum rabies: ſcopulus Syronis amico
Degeneret fletu: veniat clementia pręceps
In Diomedis equos, Buſiridis ara cruorem
Compluat humanum lachrymis, curuata recurſum
Haud ſenis arbor agat, dirumpat vincula carcer
Ferrea Syllanus, iunctis minus vda Neronis
Parcat & ebrietas, Phalaris pietate iuuencus
Mugiat, & pacis ſit cura: & Spartacus †hoſpes. †hoſtis
Auderent ſtygii canis obmuteſcere fauces
Mutaret cocytus aquas, altiſq; maderet
Fletibus, & phlegeton clementi areſceret igne
Quæ feritas illis non eſſet in aſpera, talem
Redderet abſenti Labyrinthus Theſea filo
Sterneret intortos orbes manſueta charybdis
Nec lęſura rates placidum ceſſante latratu
Scylla ſuſurraret, & libertate profundi
Mitior innocuis premeret vada ſyrtis harenis.

Item de eodem. CAP.XVI.

CEdere duritiem ſcopulis & in obuia flecti
Naturā his ſpero, quibus eſt immota potētum
Pectoris aſperior rupes, non ſubſidet illis
Qui veri extergunt tenebras, rerumq; retruſas
Altius effodiunt cauſas, nec praeterit illos
Machina totius orbis, vel ſi quid ab orbe

Digitized by Google

Cedit in immenſos tractus, nec ſufficit arcto
Pectore diffuſi clauſiſſe volumina mundi:
Quin procul a ſuperis acies admiſſa, nec vllo
Limite fracta volet, ſurgatq; relinquere mundi
Auſa ſupercilium, nulla hæc ſuffragia muſæ
Subſidiiq; ferunt fomenta, ſcientia nullo
Robore flectit opes, ſed & hæc nouiſſe fauorem
Diuitis elidit & riſu morſa, ſciendi
Gloria læſa iacet, laudiſq; ſcientia damnum
Ludibrioſa dolet: & in aula maius habetur
Ignoraſſe magis, riſu lædente notatur
Grandiloquis famę titulis incognita virtus.
Præmia quæ Dauus recipit meruiſſet Homerus.
Ipſa ſibi virtus odium parit, aulica rodit
Serra virum mores, laudiſq; eclipticat aſtrum
Liuor, & in tenebris ingloria pallet honeſtas
Et virtus titulos, ſua mater pignora perdit.

Q; ſcientia fauorem potētū diminuat. CAP. XVII.

FOrſitan ad laudes linguæ contraria ſentit
Pectus in occulto rerum ſub iudice currens
Excalcatur honor, foris os condemnat: & intus
Diuitis abſoluit melior mens teſtis, & ore
Proditor accuſat, animo commendat honeſtum.
Non adeo tenebras ferit ignorantia mitræ:
Et ſolii morbus, vt cautæ tranſeat illas
Proſperitatis odor, lateatq; altiſſima tantos.

Digitized by Google

Sol melior mundi, fallatque altiſſima tantos
Lux oculos, maiorque fides: fidusque lucernam
Præradiat, vincantque faces fulgore fauillas,
Abſit vt hæc lateat ſceptratos gloria, fuſum
Non cohibet lux iſta iubar, quin ſplendeat aulæ
Lumine, ſed quæ ſunt ſtudiis aliena potentum
Sunt & eis famoſa parum, diuerſa profeſſos
Rarus amor nectit, contemnitur obuia curæ
Cura, fauorque minor ſtudiis diſcordibus hęret.

Q; artes bonæ a diuitibus approbentur ſaltem in conſcientia. CAP.XVIII.

FOrſan in accenſis, lux hęc ſplendoribus aulæ
Mollibus occurrit oculis, & lumina lumen
Elidunt maiora minus, viſuſque reflectit
Impetus excurſum, tantumque inglorìa ſolem
Aulica celatur acies, carumque putatur
Vile, ſed ignotum laudis iactura beatis
Imminet occultis, bona commendantur aperta
Parcius, & meritam premit ignorantia famam.
Forſan & ex illis aliquis laudare veretur
Quod neſcire pudet, vel quo reptaſſe facultas
Libera nulla datur, dum torpidus illigat artus
Deſidiæ languor, & ſegnis in ocia vires
Pectoris ægreſcunt, ſtudiique in molibus ardor
Stinguitur & plenis inſerpit inertia rebus.

Quare qui artes nouerint ſint potētibus odioſi. XIX.

Digitized by Google

DEſidiam cornu mutato copia fundit
Ingenii ſenſum laxatq; opulentia neruum
Forſan & eſt mentis tumidę,deſpectus in aula
Palladis hic miles,ne ſit felicior ęquo
Altius elatus,faciatq; incauta bonorum
Moribus offenſam diſiuncta ſuperbia muſis.

De Remotione elationis a philoſophis. CAP.XX.

FOrſan & innocuam curam hęc accuſat,at illam
Inſita philoſophis abſoluit,& excipit omnem
Manſuetudo notam,Pax eſt cognata Mineruæ
Et iocunda quies,& frenum paſſa voluntas:
Et lachrymis rorans pietas,& prona fideles
Amplecti ſyncera fides,& conſcia recti
Dulcedo,faciliſq; bonis clementia flecti.
Non datur exactum famę decus: omne venuſtum
Creditur elatum,ſine limo gloria nulli
Affluit:immeritis aliena ſuperbia culpę eſt.
Summaq; luciferi boreis afflata putatur
Nobilitas: virtuſq; venit ſuſpecta tumoris.
Hac macula tanti non delibatur honoris
Integritas vbi verus honos vbi cognita phœbo
Maieſtas & feruor ineſt,vbi pocula muſis
Conſecrata bibit verus conuiua Mineruæ
Veraq; Cyrrhęum perhibent inſignia numen
Commendatq; datam mens phœbi conſcia laurum.

Contra ſuperficiales philoſophos. CAP.XXI.

Digitized by Google

AT ſunt philoſophi qui nudũ nomen & vmbram
Numinis arripiunt,qui vix libaſſe Mineruam
Exhauſiſſe putant:tenuiſq; ſcientia pectus
Erigit: & properata pudent inſignia muſas.
Raptaq; temporibus nubit,ſed adultera laurus.
Ii ſunt qui ſtatuæ veniunt,ſtatuæq; recedunt:
Et Bacchi ſapiunt non phœbi pocula: Nyſę
Agmina,non Cyrrhę:baccho phœboq; miniſtrant:
Hoc pleni,hoc vacui,puer intrat Delia miles
Caſtra receſſurus dicta ſumptaq; ſalute.
Et dicto ſumptoq; vale,temereq; magiſtri
Præcipitatur honos,rudibus pręſumptio muſis
Inſilit,& primos audacia decipit annos,
Iamq; in bella venit imbellis: inermis in arma
Haud ea ſunt famę zephyris mandanda,nec aulæ
Hunc ego commendo,nam ſe maioribus æquat
Contemnitq; pares,indignaturq; minores,
Nulli iocundus,grauis omnibus,omnia pręceps
Imperioſus agit:& pacis nulla tumoris
Fulmen,habena premit:modico quod nouit in aſtra
Conſcendiſſe ratus alienum ſcire labello
Progrediente notat,& conniuentis ocelli
Inuidia mordet,& quod tetigiſſe veretur
Laudibus attenuat preſſis,oculoq; ſuſurrat
Subridente notam,liuoris cuncta veneno
Conſpuit ipſe ſuis auidus laudator in actis

Digitized by Google

Et librata diu,ſed turgida verba loquendi
Maieſtate trahit,& gutture tracta tonanti
Excutit,& linguam digito geſtuq; loquaci
Adiuuat,& vultus animo maiora fatetur.

De venia diuitum ab auctore poſtulata. CAP.XXII.

AT ſuper his aulæ veniā peto,ſupprimat irę
Impetus excurſum,fręnoq; modeſtia pacem
Imperet adducto,Cyrrhęas ſcimus ad aulam
Diuertiſſe deas,totumq; infundere phœbum
Pluribus,& geminū contingit regia ſolem
Criminis vnius hos colligat,excipit illos
Linea,paucorumq; nota non tangimus omnes.
Hos cum declinet vitium,declinat ad illos
Hos vel eos tetigiſſe licet veniamq; peroret
Excepiſſe bonos,redimatq; exceptio culpam.

Quæ ſint cauſæ dandorum redituum. CAP.XXIII.

ET tamen ammiror,q̄ dandi cęca potentum
Sit reditus ſparſura manus,nā prodiga fundit
Immeritis:& amara tenet,cui larga tenetur
Ad data,prona datis,pollutaq; munere munus
Reſtituit,munuſq; putat quod munere vendit.
Expectata bonis rapiunt bona,prona cupido
In precium precio,nulliq; incognitus aulæ
Ambitus,& laterum,Phalerato multus in ore

Tullius,& celſo cumulus ſperatus honori
Et furtim mitrata Venus,ſcelerisq; miniſter
Conſcius,imperiiq; metus,vitæq; nocenti
Hiſtrio ſuſpectus,& adulæ gloria laudis
Dando,non meritis nimiumq; alterna potentis
Gratia,cognatusq; mouens præcordia ſanguis.
Conſimilesq; ligans animorum fibula mores
Implicat,atq; dolis venundata copia linguæ
Non noto inſeruit,naturæ lege propinquis
Aſtringatur amor,cognata ex arbore ramus
Robora deriuet,ſurgatq; in ſanguine ſanguis.
Idem in eodem ortusq; ſui natura memento
Nemo ſuos habeat odio,maiorq; minores
Tollat honos,generisq; genus,ſub ſole dieſcat,
Et quantum liceat,libeat,tollantq; propinqui
Dona propinqua modo,redituſq; in parte relinquant
Philoſophis,vnum capiant qui cuncta merentur.
Detur & hoc aulæ,fateantur Pallada munus
Significentq; data ſolum nouiſſe Mineruam
Et ſtudii quędam conſortia,dona loquantur
Impigra ſit dandi mentis manus,infima laus eſt
Cuncta dari,cum nulla bonis,quas ſorbet in hora
Hiſtrio dantis opes logicus delibet in anno.

Finis Libri Tertii.

Digitized by Google

LIBER QVARTVS De Compaſſione Architrenii ſuper miſeriis ſcholarium. CAP. I.

Fllia Caſtalii veris marcentia fata
Sub borea brumante gemit, Niſamq́ negantem
Subſidium Cyrrhę: viſum præſentia lędunt
Fortius aduerſa, contra diſtantia ſenſum
Diminuunt poenæ, nec compaſſiua dolendi
Tot ſtimulis lamenta gerunt, & ſegnius vrit
Fax admota minus: Igitur moeroris in vnda
Naufragus inde meat alibi ſiccandus ocellus.

De monte ambitionis. CAP. II.

MOns ſurgente rugo, Pellęam deſpicit vrbem
Aſtra ſupercilio libans, lunaq́ minorem
Miratur longe poſitam decreſcere terram
Sideribus vicinus apex, vt ſępe meantem
Ocyus offendat, cum curſu eſt infima, lunam
Augis in oppoſito, cum viſu maxima, peſſum
Vergit in orbe breui mediumq́ aſpectibus offert
Quadratura iubar, partem deuecta ſub omnem
Vix aliqua vergit, facilemq́ admittere neſcit
Arduus aſcenſum, ſola hic latus omne pererrans
Ambitio reptat prædilexitq́ colendum
Prę laribus montem, zephyris vbi ſuccuba tellus
Veris alumnat opes, paſſimq́ intexit amara.

Digitized by Google

Dulcibus,& fruticum nodis armantur oliuæ:
Et laurus criſtata rubis,†ſuſpectaq; dumis †ſpectã taq;,
Quercus,& horrenti crudeſcit coniuga ruſco
Aeſculus,& rigidis ſpinæ vallantur ariſtis.
Aſtra comis abies,ſuperñ conciuis inumbrans.
Hic quæcunq; virum ſit gloria,crinibus arbor
Gratia montis habet,et ſiqua audacius alto
Vertice diis certat,ibi nulla licentia preſſæ
Arboris,vt ſurgat,montiq; aſſurgere vano
Crine mirica timet,ſteriles ibi verberat auras
Infœcunda ſalix,riguiſq; libentior alnus
Deſcendiſſe vadis,æternaq; teſtis amorum
Populus Oenones,platanuſq; et ſiqua neganti
Natura haud recipit partus ingloria fructum.

De arboribus reliquis montis illius. CAp.II.

HIc Pinus graciles ſuccingitur alta capillos:
Palmaq; centennis tardante puerpera fructu
Et precioſa rogos fumo condire cupreſſus.
Et meliore libro cynamulgi cinnamus hoſpes.
Et lachryma felix noſtrę ſacra balſamus aræ.
Et ficus geminis depingens floribus annum.
Et bina nucleñ quæ claudit amygdalus arca.
Et ſitiens Bacchi primæuum perſicus imbrem.
Et tunicata croco germanaq; cotonus auri.
Et rugoſa genam producto dactylus æuo:
Et pyrus huicq; ſacrum tituli dat Regulus omen

Et pyrus hancq; volæ plenus denominat orbis.
Et pyrus huicq; dedit materna anguſtia nomen,
Et pyrus Auguſto quæ patrinante vocatur,
Et pyrus hæc nota eſt,& filiolata Reberto,
Et pyrus eſt huius alius Baptiſta Ioannes.
Et pyrus a quouis precio ſignata vel oris.
Coena vel aſpectus,coit vno quęlibet arbor
Ambitioſa ſinu,quo pictę prodiga formæ
Rumpitur in vernos montis laſciuia riſus
Gratus ibi liuor violæ,dulcíq; roſarum
Flamma cruore natans,terræ deuinctius auras
Mulcet odore crocus,& notus amantibus hoſpes
Exæquaſſe niui præſumit lilia pallor.
Floribus egregiis ſolum pubeſcit,vt abſit
Gloria pauperibus ortis,vileſq; liguſtra
Ornatura rubos,& quæ certaſſe liguſtris
Nigra licet cogit Zephyrus vaccinia pingens.

De Riuo ibi fluente. CAP. IIII.

IN planum deſcendit apex,variuſq; ſuperne
Riuulus exultat,conflictantiſq; ſuſurrat
Ludus aquæ,ripaſq; ioco pulſante laceſſit.
Solis vnda vacat preciis,haud vlla profundo
Vilis harena ſedet,lapidumq; ignobile vulgus.
Ditia luxuriant ridentibus ima metallis
Exundatq; iubar lapidum generoſa propago.
Vt gelidus mixtis delectet in ignibus humor

Illic illimes biſſo candentius vndas
Liliat argentum:partimq; argenteus auro
Amnis inauratur,gemmarum turba nitore
Auget aquæ radios,hic Iaſpidis,hic Amethiſti
Gloria laſciuit Iacinthi cęrula plaudunt
Et precium prębet nutricibus Vnio conchis:
Et ſtruitur viridis ęterno vere Smaragdus.

De incolis eiuſdem montis. CAP.V.

HIc vaga diſcurrit animi grauis incola,nunq̃
Cura ſoporis amans,curæq; adnexa parenti
Anxietas,tacitiq; metus,& nota voluntas
Diſſimulans,& ſpes dubio vicina timori:
Donaq; nobilior populis ſparſura cupido
Et ſceptri ſecretus amor,nimioq; vacillans
Credulitas voto,ſoliiq; occulta,caſarum
Laudatiua ſitis,& honorum ſedula,plauſus
Muneribus pauiſſe fames:audaxq; fauores
Alternos emiſſe fauor,famæq; ſititor
Impetus expenſę:donataq; gratia gratis
Sed reditura datis,vultuſq; modeſtia raro
Gratior arriſu,grauitaſq; affabilis:oris
Non animi plauſura loco,manſuetaq; linguæ
Canities,verbiq; virum teſtata venuſtas.
Hic promiſſa volant,diſcurſant dona,fideſq;
Pollicitis procliuis adeſt,dandiq; facultas
Libera ſpargit opes,pleneq; pecunia cornu

Fundit amicitias, emiturq; in mutua nexus
Fœdera, vęnaliq; datis ſuccumbitur aulę.
Hic fictus virtutis odor, fabricataq; vultus
Relligio, clauſoq; tumens elatio vento
Et recti mendax ſpecies & ſimia morum
Hypocriſis neglecta genas aucepſq; fauoris
Eloquium vernuſq; rudis facundia cauſæ
Floſculus, & turpem redimens ſolertia vitam.
Hic in amicitias hoſtem cōplectitur hoſtis
Blanditur feritas, odiū fauet, ira ſalutat,
Sæuities palpat, libertas ſeruit, obœdit
Imperium, premitur maieſtas, gloria languet
Cedit apex omniq; via raptatur ad aulam
Omniq; ambitio ſaltu venatur honores.
Hic puer imperii cupidus ludebat, alumnus
Martis, Alexander: ſceptriq; infudit honorem
Ambitio nutrix totumq; armauit in orbem:
Præcipites animos teneriſq; induruit annis
Bella pati, votumq; duos extendit in ortus.

Qꝫ ex ambitione bella ortum habuerint. CAP. VI.

PRimos ambitio remos, & prima furori
Vela dedit, ventoſq; rudes, Martiq; volanti
Cum ſole & luna primas innexuit alas.
In Magni iugulos animauit Cęſaris enſes:
Corrupitq; fidem ſoceri, pauitq; Philippos
Sanguine ciuili, pugnauitq; hoſtibus hoſtis

Digitized by Google

Et Romana leues iuuerunt prælia Parthos
Inſtanteſq; fuga: ſuppleruntt pila ſariſſas.
Hac duce ſunt latii totum diffuſa per †annum †orbem
Vulnera,Pœnorum ſuccedit gloria,Romæ
Fulminea pulſante manu,bibuloq; cruoris
Annibal enſe furor,mundumq; doloribus emit
Cæſareumq; iugum Romæ defoſſa iuuentus
Ambitionis acu,gaudenſq; laboribus,omnes
Indolis extorſit titulos,ſuditq; furore
Martis & Herculeo,nidentem ſanguine Pyrrhum.

In quo genere hominũ ambitio cõuerſetur.Ca.VII.

Hinc hominũ tortrix Allecto maxima,erinnys
Summa,poteſtates vrget violentius,ardor
Arduus,ambitio ſolitq; accendere corda
Nobiliora faces, indignatuſq; caminus
Degeneres animos timidoſq; inuadere votis
Integrum imperium,ſummāq; capeſſere mundi
Et diis eſſe pares,ſuperumq; inſtare fauori
Fortunæq; ſequi tollentis in æthera dextram:
Contentos habitis,ſubmiſſaq; pectora ſpernit
Et votum quod ſerpit humi. nam prodiga voti
Sperat in immenſum nulli dum paret habenæ
Ambitio,ſecura modi.ſpes ardua:ſola eſt
Quæ timuiſſe facit: & anhelans ſumma voluntas
Et deſiderii ſitientis ſceptra libido.

De aula in montis vertice conſtituta. Ca.VIII.

Digitized by Google

HVc noua viſurus faſtigia ſurgere, feſſis
Luctatur pedibus,& iam ſuperatur Olympus
Tertius,alter athlas:& adeſt quæ ſidera dorſo
Culminis aula quatit,contendit in ardua cælo
Inuidiam factura domus,ſublimis in altum
Ad modicũ ſtatura,volat,tranſcendit & auras
Et pacem quam ſumma tenent, ſeq; inſerit aſtris
Sollicitatq; deos iteret ne prȩlia phlegre.
Haud aliter cæleſtis homo,ſuſpecta minanti
Arduitate,Iouem repetita in fulmina cogit
Armatuſq; manus hominum ſecurus,& arces
Deſpicit,& terræ digna ſcelus expiat ira.
Tollitur alta ſolo,regum domus,aula,deumq;
Sedibus,audaci ſe vertice mandat,at vmbras
Fundamenta premunt,regniſq; ſilentibus inſtat
Vltima tartareos æquans ſtructura receſſus.
Radices operis ne verticis ardua præceps
Sarcina ſubſidat,ſtygias demittit in vndas,
Tartareȩ iam ciuis homo ſtygis, incola mortis:
Non expectato laqueo venit illa, ſupremo
Vix rapitur fato,mauult præcedere liber
Fatorum q̃ iuſſa ſequi: nam tramite cȩco
Ad ſtyga rumpit iter,viuus veniſſe laborat
Quo defunctus eat,deſcendit ad infima mundi
Centro fixa domus,medioq; innititur axi.
Explicat aula ſinus montemq; amplectitur alis

Digitized by Google

Multiplici latebra ſcelerum terſura ruborem
Ipſa loco factura nefas, erroribus vmbram
Cæca parat, noctiſq; vices, oculiſq; verendas
Decipit excubias, pereuntis ſæpe pudoris
Celatura notas, Veneriſq; accommoda furtis.
Nam tenebras qui peccat amat, latebriſq; pudorem
Excuſat, noctemq; facit velamina culpæ.
Marmor & attriti quicquid ſplendore politus
Aſpectum pauiſſe poteſt, aut nobile reddit
Et famę commendat opus precioſa domorum
Materies, laudiſq; venit foecunda bonorum.
Luxuriam largitur humus, mundiq; nefandis
Obſequitur votis, rerum tellure miniſtra
Aedificat ſecurus homo, nam terra paratum
Iurat in auxilium, quiduis natura potentis
Expedit ad nutum, lapides & ligna ligandis
Aedibus, & quicquid precioſior exigit vſus.
Exhibet & gemmas, quarum fulgore dieſcit
Sole ſuo contenta domus. ſed gloria paucas
Hæc viſura moras, curſum felicibus aufert
Temporis occurſus, lętis venit obuia fati
Ianua, ſumma dies metuenda potentibus hora.

Exclamatio in eos qui ædificãdo opes cõſumũt. Ca. IX.

HOc fatui †coelum mundi videt, inq; dolentes †telum
Excutitur riſus. heu quæ dementia tantis
Erexiſſe domos ſtudiis, tantoſq; labores

Digitized by Google

Perdere tot cenſus,quod craſtina diruat ætas
Inſtruit inſtanter labor irritus,ocyus iuſta
Otia tollantur,ad inania mundus anhelat
Deflectatur iter:totuſq; in ſeria ſudet
Nam riſu,aut digito quid dignius? ardua tollit
Cras ruiturus homo,furor eſt ſublimibus vti
Sedibus,ad lapſum properant improuida:montes
Accumulat caſura manus,nam ſufficit vnam
Contraxiſſe caſam,morituro cum irrita ſurgant
Quæ fati pulſante manu faſtigia nutant.

De Pictura aulęorum. CAP.X.

HAec tamen & quicquid auget ludibria vitæ
Sunt deſperantis animæ ſolatia,fati
Poſtera,deterrent dubiæ præſagia mentis.
Craſtina celantur,hodiernis vtimur iram
Iudicis expectat incauti audacia mundi
Conſcia delicti,ſuadet præſentia,clauſos
Expoſitura metus,ſeries occulta futuri.
Hic auro parias onerant aulęa columnas.
†Quod Nobile ſurgit opus,leuius † q̃ torſit Arachnes
Pollice lyda manus & veſtibus impluit aurum
Pectinis ingenio nulli ceſſura,licebit
Pallas anum ſimulet,Hermi ſatiatur arena
Gloria picturæ,florum laſciuia,ductu
Pectinis accedit,& veris gratia maior
Veſtibus arridet,ſeries depingitur anni

Temporis excurſu vario diſtincta,ſed illic
Aurea vernat hyems,& item Saturnius annus
Ver habet æternum,picturę clauſula quæuis
Secula clauſa tenet,annoſaq; tempora,veſtis
Colligit vna dies,cuius breuis explicat ordo
Omnia,naſcentis ibi mundi vagit origo
Et iam cana redit teneris infantia rebus:
Præteritumq; chaos,iterum puer induit orbis.
Nec minus horreſcit mundum clauſura,ſuaſq;
Aſperat hora minas,& aduſto murice candens
Purpura,iudicii ſupremũ ventilat ignem.
Temporis expreſſus medii prætermeat ordo.
Vt vero videas ſuccedere ſecula tractu
Nec ſpatio confuſa breui,pictura labores
Antiquos meminit,Danaos ibi pergama cernas
Diruta flere dolo,lachrymis dum purpura ſudat
Dum latus Hectoreum maior fodit Hector,Achilles.
Succumbitq; Paris græca Veneriſq; ſagitta:
Et Venus atridę gladios iramq; miniſtrat.
Hic teneros fletus Priami vomit vda ſenectę
Ariditas,redditq; dolor quod perdidit ætas,
Hectoreos caſus morte auſa,hic ſenſus Vlyſſis,
Hic Pyrrhi gladius,pugnat: conatibus ille
Pectoris,illę manus:hic flet Ledæa,nec oris
Gloria diluitur lachrymis,ſed fletibus ipſis
Vultus ridet honor,hic græca,hic Dardana pubes

Digitized by Google

Illa ſtat, iſta cadit, tractantur bella, ſed inde
Enſibus inde fuga, & dum reſpirantibus armis
Conſulit in dubios atrides neſtora caſus:
Ille vir ille ſenex phrygio iuueneſcit in auro.
Dulce virum luctus lugere, dolere dolores
Et lachrymis lachrymas, planctu reſcribere planctum
Dulcius eſt oculo dulci decurrere caſus
Fortunæq; vices, Veneris quas alea verſat
Et paſci lachrymis, quibus inuitantur amantum
Gaudia, dum tenero dulceſcunt baſia fletu:
Et lachrymis inſerpit amor, miſeriſq; fouetur
Maior in aduerſis: intextos pecten amorum
Exprimit euentus: ibi ferum Pyramus enſe
Vindicat egreſſum, Tyſbe lugubria fati
Pondera morte leuat, tua non formidat ad vmbras
Pyrame fata ſequi, ſequiturq; dolore dolorem
Et gemitu gemitum producit, funere funus.
Hic patris amplexus vſurpat Myrrha: nouerca
Gratior ipſa ſibi, Bibliſq; ſororia fratri
Gaudia mentitur, Iolen ſibi mollis amictu
Induit Alcides, rigidoq; & penſa ſtupenti
Pollice turbat opus: auſus latus ardua doctum
Edocuiſſe colos, fuſo meminiſſe cadenti
Cogitur Alciden, poſitamq; reſumere clauam.
Hæc et ſiqua iuuant oculos pictura iubenti
Pectine producit, homines & bruta creanti

Digitized by Google

Pollice †tela parit,operis laudiſq; magiſter †texta
Omnia doctus arat,naturæ cuncta potentis
Induit ille manus,vigilant ibi ſydera cęlo
Aequora piſcis arat,vario diſcurritur aer
Alite,terra feris,noſtriq; ſuperbior oris
Maieſtate,parit homini quod ſeruiat omni
Obſequioſa bono,quouiſq; iuuantibus vſu
Sedula deliciis,ibi lęta & triſtia ſpargit
Ambigua fortuna manu,fati exitus omnis
Texitur,& tenui dependent omnia filo.

De luxu veſtium. CAP.XI.

LVxuriam cultus,nullo modus ordine,nullo
Limite metitur,Luxus non claudit honeſtas
Prætereuntis iter precium quæſiſſe laborant
Veſtibus,vda Tethys & foecundiſſima tellus
Mater opum, calido tenuis mandatur ab axe
Carbaſus,& Pharii linum de littore Nili
Tollitur vt nudam gemat Iſida,nudus Oſiris
Vellera dant Seres,ſtudiiq; Britannia maior
Ingeniiq; potens,quocunq; vocauerit vſus
Auſa dediſſe manus,raptiq; paratior ala
Fulminis,& pecio queat exæquaſſe laboris
Altera naturam natura,Minerua Mineruam
Ferueſcit tyrius ſudor fudiſſe cruorem
Muricis,æquoream penitus ſcrutatus abyſſum
Vt falli facilis roſeo flammata veneno

Digitized by Google

Vellera miretur oculus, mundumq; beari
Sic putet interius, animam torquente reatu.

De pictura vaſorum CAp.XII.

Diuitis ingenio picturæ gaudet, & auri
Gloria vaſorum rutilo pallore coruſcat,
Nec precii nec laudis egens: miratur in illis
Artificis natura manum, ſeſeq; minorem
Agnouiſſe pudet. nam gratia ſurgit in auro
Plenior, & quæuis facies ornatior exit.
Blandius inuitat ad pocula vaſis, in imo
Stans hominis ſignum, Baccho ſuperante futurum
Naufragio felix, niſi ꝙ gula ſæpe paratis
Subuenit auxiliis hominemq; vrgentibus vndis
Humanum ſeruaſſe putat, volat ebrius ales
Inferius tardante mero: ſerpente bibenti
†angulꝰ Innocuus conuiua bibit, bibit †angelus vna
Sanctificans dextra, blandum fremit ira leonis
Poturæ tranquilla gulæ, manſueſcit in vnguis
Pace, minax vrſus nerei: mutaſſe profundum
Peſtis, amat bacchiq; lacus & littora ſeruat
Gratia picturæ picturaq; gratior aurum
Gemmarumq; dies bacchum latura fauoris
Nectare vaſa replent vaſis pictura decorem
Exhibet ornatus, decus aurum, gemma nitorem.

De incolis Aulæ. CAP.XIII.

Digitized by Google

ILlic ingluuies,illic Venus effluit,illic
Texitur occulto ſtudio dolus,æmula veri
Fabula,præuelat fidei periuria peplo.
Pacis habent vultus odii ſecreta,venenum
Fraudis amicitiam tenui mentitur amictu.
Occulit immanes animos clementia vultus.
Pectoris aſperitas riſu prætexta ſereno
Interius feruens,laqueos innodat & hamos
Curuat in inſidias,rabiemq; in pectore fixam
Armat in omne nephas.non eſt quod abhorreat aulæ
Incola delictum,facie deſcribit amicum,
Hoſtem mente premit:linguam dulcedine lactat
Mentis amara tegens,animo blanditur operto
Lædit in occulto,præſenti parcit amico.
Vulnerat abſentem,quicquid præſentia pacis
Spondeat,a gladio non eſt abſentia tuta.

De accidentibus aulæ. CAP.XIIII.

NVlla fides aulæ,nulla eſt reuerentia,nullus
Committendo modus,vitiis indulget,honeſtũ
Ambitione premit,æquum declinat in omni
Materia lucri,ſtudio quocunq; laborat
Vt loculus creſcat,linguę ſuffragia vendit
Ad precii libram:rapiũt maiora patronum
Munera,nec nunq̃ partitur puncta fauoris
Partibus aduerſis,vnum promittit vtriq;
Obſequium neutrumq; iuuat qui vtriq; tenetur.

Digitized by Google

Proditor amborum,nam vel bellator vtriq;
Arma negat vel vtriq; fauens vtriq; minatur.
Prodigus eloquii vultu non mente ſerenat
Aulicus affatum Zephyro vernantior oris
Lilia verborum cuiuis largitur,& omnis
Nectar amicitiæ redolenti pace ſalutat.
Quid doleas,quid non,quid dulce,quid vtile,quid nõ
Sollicitus quęrit & tantum verba daturus
Singula promittit:creſcentibus omnia ſpargit
Pollicitis,ſed nulla manu: ſpem mandat inanem
Pectoribus,dextræq; nihil:ſpes credula fallit
Pectora,verba manum:ſeſe ligat aulicus omni
Omnia facturum,largoq; enititur ore
Quidlibet vt ſperet,ſic imminet ardua multis
Sarcina dum verbis temere fiducia ſurgit:
Dum ſpes cæca iacet,ſubiti ſecura flagelli.
Heu facinus! multos in ſumma pericula miſit
Naufragioq; fuit linguæ tranquillior aura
Mobilis & nullos ſolide complexus amicos.
Mente vagus dubia,nullis niſi fœdius vti
Fœderibus nouit,odiis alternat amores
Mutat amicitias,has exuit,induit illas.
Quoſq; minus conſtanter amat,conſtantius odit.
Vagit amicitię teneris infantia cunis
Gratior ad veteres nunq̃ perducitur annos
Nec ſenil matura ſapit,faſtidia ferret

Digitized by Google

Si ſenio marceret anus, dum ſpirat odorum
Primitias, expirat amor, ſic aula diurnos
Eligit, & tractos vltra faſtidit amicos.

De adulatoribus aulæ. CAP.XV.

PRincipis ad nutum ſerui inconſtantia nutat
Quodlibet ad votum didicit verſare fauorem
Clauſus adulator, ad quoduis nolo, paratum
Nolo relaturus, et ſi volo dixerit ille
Reddet & ille volo. ſemel hinc non, dicitur: inde
Ingeminatur non: ſemel hinc ita dicitur, inde
Ingeminatur ita: quicquid ladauerit, illo
Nil melius, quicquid animo non ſederit illo
Nil viſum eſt peius. ſi quid iubet acrius, ipſum
Iuratur licuiſſe nephas: ſi mitius, ipſo
Tollitur ad ſuperos melior Ioue: quicquid agatur
Id bene, dii melius, hic eſt qui puluere nullo
Excutiat nullum, cauteq; abſoluere curat
Crimen vbi non eſt ſuſpectam ſordis amictus
Munditiam reddens, vt quo placet inde mereri
Debeat offenſam. ſerui manus illa miniſtrat
Non reprimit culpam, domino male ſedula ſeruit
Obſequio lædens. hic eſt qui aduerſa volenti
Proſpera diffinit, dominoq; in fata ruenti
Iurat in euentus dextros, laudatq; ſiniſtri
Augurium fati, quicquid fortuna minetur
Mentis pace ferens placeat modo, pauca dolorem

Altius inſigunt.hic eſt qui gaudia mente
Supprimit,ore gemit,& rurſum gaudia vultus,
Pectus habet gemitus,vultus accommodat omni
Fortunæ domini,nuſq̃ veſtigia mutans
Soluitur in riſus in quos ſe ſoluerit,idem
Ore pluit lachrymas,animo quas pluuerat idem
Cum dominus tali facinus committit amico
Ille doli vulpes,domuiq; domeſticus hoſtis
Omne domus vitium ridenti mordet ocello
Et pede vel cubito ſocios,& crimina tangens;
Quod lingua reticet,loquitur pede,cuncta loquentis
Garrulitate pedis,domini commiſſa reuelat:
Et fidei fracto reſerat ſecreta ſigillo.

De potentũ impotentia & cæcitate. Ca.XVI.

HAs aliaſq; notas, notat Archithrenius,ergo
Heu quem diuitię:quę mũdi vana loquũtur
Gaudia felicem,viciiq; ancilla beatum
Gloria mentitur,gladiis linguiſq; ſuorum
Cęditur ipſe:manus non euaſiſſe miniſtras
Fortior ipſe poteſt,non extorſiſſe latentem
Perfidiam nouit,animo non prendit apertum
Crimen adulantis:oculo quod pręſtat & auri,
Non oculo non aure videt,popularibus auris
Auribus aſſurgit,lęta pręconia vulgi
Dulcia mente bibit,circũfuſiſq; fauorem
Plauſibus indulget,nec laudibus arctat habenam.

Digitized by Google

Sed ſibi iam melior & maior laude videtur
Ipſe nephas totuſq; nihil:ſe credit ad omnes
Eſſe ſatis laudes,preciumq; in laudibus eſſe
Concipit,ac neſcit,precium non laude mereri
Sed precio laudem,neſcit q̄ turpibus ipſa
Laus damnoſa venit,cum ſit deriſio prauis
Laus,pictura bonis ipſa eſt quæ exultat honeſtis
Inſultat vitiis:illis arridet,& illa
Cautius irridet,neſcit dum lingua redundat
Laudibus,omne malum mentis ſecreta loquuntur
Non aperit clauſura dolos facundia ſerui
Quo proſit domino ſed quo delectet,ad aures
Verborum cum melle venit,nec pectore librat
Vtile,ſuſpenſo domini ſecurior vſum
Præterit eloquii vallo,ne capta recedat
Gratia munitur verbo vallante fauorem
Claudere feruescit,& dum ſua tuta ferantur
Linthea præcipiti domini non ſubuenit alno.
Vulgus ad obſequium nunq̄ dominantis honeſtas
Inuitat,ſed dantis opes ſeruire minores
Maiori, non ſuadet amor,ſed cogit egeſtas
Imperiiq; timor, & in aſpera prona cupido.

Q; opibus non hominibus ſeruitur. CAP.XVII.

NOn hominum votis,ſed opum ſeruitur,ab illis
Imperium mendicat homo,famulantis ad illas
Seruus anhelat amor,& cui dementior hæret

Vellet vt exiguo dominũ mutauerit aere
Iuranti licet ore neget, teſtatus & ipſam
Horrendam fidei ſuperum ſtyga, quælibet auſus
Teſtanti factura fidem periuria venti
Non reditura ferunt aura rapiente recurſu
Non lęſura volant, non eſt cui lingua minorem
Poſtponat dominũ, quicquid mens obuia linguę
Liberior dictet, quicquid ſuppreſſa ſuſurret
Libertas animi nullius paſſa tyranni
Imperioſa iugum, nulloq; abſterrita monſtro.

Q; aduerſitas adulatorũ detegit falſitatẽ. Ca. XVIII.

SI linguæ ad phaleras, ſi detur ad omnia verbi
Condimenta fides, domino nil maius in ipſis
Excellit ſuperis, nec habet precioſius illo
Area fortunæ, malletq; & luce carere
†recta Et ſe q̃ domino, fortunæ ad †vota fruenti
Vberiore bono, ſed ſi modo dando ſolutam
Contrahat illa manum raptamq; in triſtia verſo
Vrgeat orbe rotam, dominũ quem multa miniſtri
Turba loquebatur, ſeruus modo pocula fati
Solus amara bibit, ſibi ſoli applaudit amico
Qui premitur fato, ſepelit quos lęta creauit
Mœſta dies fati, ſerui celauerat ante
Nunc aperit fraudes, domus extunc cogitur omnem
Exeruiſſe dolum, dominũ non decipit vltra.
Mundi nulla fides, & quæ latuere ſecundis

Digitized by Google

Cernit in aduerſis: hominem quid proſpera celet
Aſperior fortuna docet, felicia fati
Excæcant animos, diſtinguere neſcit amicos
Qui fruitur lętis fortunæ, quicquid ab alto
Sidere deſpectet, vnum celatur amari
Vt ſatis eſt viſum, viſo dolet, intimus exit
Exclamatq; foris gemitus: ſolitumq; recurrit
Mœror ad impluuium, poſitumq; reſuſcitat imbrem
Viuus item luctus, & pectore riuus aquoſo
Enatat & notis oculorum ſpargitur vndis
Alueus, & gemina lachrymarum rumpitur vrna.

LIBER QVINTVS.

De colle præſumptionis. CAPVT PRIMVM.

TRanſit ab aſpectis nondũ rorantia ſiccꝰ
Lumina, nec terſus oculos mœrore pa-
luſtres.
Nec mora finitimo tractu pſũptio collē
Stringit, & in ſolido nitens pede ſarcina
peſſum
Nutat, vbi teſtudo volat, faſtidit in alto
Mergus aquæ ſedes: aquila ceſſante, miniſtrat
Arma Iouis miluus, ſpolio contendit olori
Coruus, id eſt ferrugo niui, ſtrepit anxius Anſer.
Actęam viciſſe lyram, cæcuſq; pererrat
Bubo diem, Niſumq; fugat torpentibus alis
Dum mendicata ſequitur cornicula penna.

Digitized by Google

Hic lepus inſurgit animo pallente leoni
Simius humanæ naturæ ſimia, vultus
Deſpuit illimes, bubali bos cornua, cornu
Pręueniſſe putat, admiſſam tigrida barri
Segnities inflexa fugat, lupa nupta moloſſis
Iactitat inſignes thalamos, Lycaonis auſa
Coniugii rupiſſe fidem, contraq; leęnam
Pardus, aſellus equam, præſumpto fœdere lecti
Ducit, & hircus ouem, ſolioq; pudendus adulter
†Paſi= phaen — Semimari partu †reginam taurus honuſtat.

De quibuſdã pręſumptionis exẽplis. Cap. II.

HIc Niobe multa Latonam prole laceſſit
Ardua, ſed numerũ tã ſol q̃ Cinthia penſat.
Surgit in aurigam, dum phœbi ſanguine Phæton
Nititur, & nitido temere confidit in ortu
†Erran= tẽq; diẽ alii. — †Errantumq; viam mundo nimis obuius vrit.
Miraturq; citum Boreas ardere Booten.
Indomitoſq; regi ſpargens auriga iugales
Pręcipiti fato meriti mercede laborem
Claudit, & in patria tandem ſe nouit habena.
Amplexus Cereris dulces, auellit opaci
Inſipidus Plutonis amor, regiq; Moloſſo
Inde ſuum dat pręda thorum, Neſſuſq; biformi
Alciden deludit equo, cœliq; litura
Lemnius innuptæ connubia Palladis ardet.
Hic furit in ſuperos tellus armaſſe gigantes

Digitized by Google

Et niuibus montes galeatos,Oſſan,Olympum,
Pelion,& ſcopulis populoſa cacumina pacem
Tollit in ætheream,ſecuraq; fulminis inſtat.
Hic ſibi rhetoricos Theodectis gloria,flores
Deputat,authorem titulo mentitus inani:
Aſſutumq; notæ mens conſcia damnat honorem.
Nec meritam laudem maieſtas nominis æquat.
Ardua Pierides ineunt certamina muſis.
Sed rapitur rapto laurus cum nomine laurus
Ornat & in memori victoria nomine viuit
Aeternumq; negat laurum marceſcere nomen
Perſius in Flacci pelago decurrit,& audet
Mendicaſſe ſtylum ſatyrę,ſerraq; cruentus
Rodit,& ignorat polientem pectora limam.

De pſumptione eccleſiaſticorũ & magiſtrorũ.Ca.III.

Hic puer inſolidus & mente & corpore,læſę
Indolis,& teneris animo neruoq; ſolutus
Que.in renum ſenior laſciuia mollit,& æui
Ardeſcens nouitas,emptas in deuia præceps
Sponſas Chriſti auriga rapit,ſuperumq; regenda
Suſcipit innumera lactandus ouilia paſtor
Omnibus & ſponſis haud contraxiſſe veretur — Spõſis.ſ. eccleſiis.
Centigamuſq; nouo ſuperis de iure miniſtrat
Preſbyter,in ſponſi ſpolio† præcluſus adulter — †prę<luſis
Moribus inſipidus noſtri Iouis inquinat aram
Acceſſuq; notat Veneris Bacchiq; ſacerdos

Digitized by Google

Numen vtrunq; ſitit, lumboſq; & guttura ſoluens
Sedulus his ſeruit, liceat ſcelus eſſe locutum
Quod fit in occulto, vitium facit ipſa loquendi
Materiæ ſordes, irę furor imperat ori:
Circunciſa minus mouet indignatio verba.
Pauperibus dandos reditus inuiſcerat, & qui
Cuncta dedit nulla contingit portio Chriſtum.
Emungitq; bonis hara ventris numinis arã.
Cuius delitias vteri deperdit in vtre:
Dum quod in ore ſapit ſtomachi corrumpit auerno.
Hic vulgus cathedras rapta deitate magiſtri
Inſilit, & vacua de maieſtate tumorem
Concipit impubis & mento & mente virenti
Crudus adhuc ſucco iuuenem ſolidoſq; viriles
Præueniens culmos, nec maturata ſenectæ
Præcipiti lauro non expectaſſe veretur.
Hos ego prætereo tacitos, ſine nomine, noſq;
Præterit ignotus, inſania nota, magiſter.
O rabies ſediſſe inibi, dulciſq; Mineruæ
Intonuiſſe tuba, nondum patientibus annis
Hic in philoſophos auſa eſt ſæuire flagello
Mortis alumna fames animoq; potentia phœbi
Pignora pauperies curarum verberat Hydra.

De præſumptione ſenectutis quam queritur ad regem Angliæ diuertiſſe. CAp. IIII.

HIc vbi delegit ſummam præſumptio ſedem

Inſerpit feſtina comis criſpatq; ſenecta
Henrici faciem, quem flaua Britannia regem
Iactat, eoq; duce titulis Normannia ridet
Et belli & pacis, totumq; ſupermeat orbem.
Indole quem belli nunq̃ fregere tumultus
Dedidicitq; virum gladio matura iuuentus
His vernare genis æternum debuit æui
Floſculus, & nulla ſenii marceſcere bruma.

De poteſtate pecuniæ. Cap. V.

Hic vitii fœcunda parens, ſoliumq; domanti
Imperioſa iugo, Regina pecunia, iuri
Præminet, auſa ſuis aſtringere legibus orbem
Quas ratio neſcit, ſed ei deuincta cupido
Dictat, & indicit auidi facundia quæſtus.
Et loculos †augens: diſcinctæ audacia linguæ †ardens
Cenſus cenſura, fiunt iniuria iura.
Pura minus pura, ſacra littera, ſacra litura.

De Superbia. CAP. VI.

Vicinos germana lares attollit, & aſtris
Inuidet inferior cognata ſuperbia, terris:
Impatiens habuiſſe parem, cœloq; priorem:
Surgit in articulos, ſummos deſcendit in vngues:
Crure ſtat inuerſo, renes obliquat in arcum
Ventre parum cedit, ſuſpendit ad ilia læuam
Educit cubitum, flexam procul arduat vlnam:
Tenditur in pectus, decliues vergit in armos:

Digitized by Google

Grãdiloquum guttur, & garrula colla ſupinat.
Et niſi pro voce reſpondent omnia, vultu
Candet, & ignitis oculis prognoſticat iram:
Et digito naſum ferienti magna minatur
Sed lęſura parum & ſolo nocitura tumultu.
Ortu ſidereo ſublimis proxima cælo
Hæc dea nobilium mandat ſe mentibus: illas
Aduentu dignata ſuo, torquentis Olympum
Sedibus orta Iouis, patrio deſueſcit ab ortu
Degenerare, caſas vix intratura minores
Sic ſublime volat ſceptriſq; domeſtica reges
Incolit, his pugnat iaculis, hoc militat enſe.
Et tamen interdum clauſtris inuecta, potentum
Atria commutat caſulis, illiſq; prophanam
Continuat ſedem ſanctis illapſa cucullis.

De monacho elato. CAPVT. VII.

†limat.

Ecce ſupercilium monachi † lunatur in altum:
Sublimis rapitur vultus, decliuis ocellus
Surgit in obliquum, ventremq; ſuperbia feſto
Plus epulo tendit, duplex ſic regnat Erinnys
Interius, venterq; noto turgeſcit vtroq;.
Quid cum turbatur animi pax intima: verbis
Intonat, ardeſcit oculis, vultuq; minatur
Quid quotiens paſtor erranti publica monſtrat
Vel priuata gregi iuris veſtigia: nonne
Dictat in oppoſitum tumidæ præſumptio mentis?

Digitized by Google

Et leges alias deceptę immurmurat auri!
Quid,quotiens morbos ouium nocuoſq; tumores
Subſecuiſſe parat,reliquum patienter ouile
Paſtoris ſequitur virgam,pacemq; flagellis
Exhibet aut monitis!ſed clauſtri hæc belua,de qua
Fabula narratur,manſueſcere verbere nullo
Suſtinet,aut verbo,domitores odit,& inſtat
Aſperior virgis,oculiſq; vomentibus iram
Fulminat,& monitus fumanti deſpuit ore.
Hic,quorum vita eſt humili deiecta cucullo
Spernit oues:& eas audet præſumere de ſe
Delicias,in quem precium totius ouilis
Confluat,& ſolus virtute ſupernatet omnes
Si quando careat baculus paſtore,ſuoq;
Rege vacet ſceptrum moniale,hæc belua ſedem.
Iam ſibi ſortitur viduam,dextramq; maritat
Abſenti baculo,vacua iam regnat in aula.
Iam ſubiecta,iubet: omni ſe concipit vnam
Imperio dignam,vacuam ſpem figit in alto
Pręſumitq; ſibi baculum,quem perdere virtus
Et vitium rapuiſſe ſolet. iam fulgurat aſtri
Alternis radiis:iam tollit in ardua mentem
Iam Iouis alterius ruituro pectore fulmen
Tractat,& alterius animo prælibat honores
Induiturq; prius animus q̄ dextera ſceptrum.
Sic fit apud clauſtrum ventoſq; ſuperbia pręceps

Velis prærapidos nigris infundit, & albis
Mundaniq; maris rapto per inania curſu
Nauiculam ſcopulis perituã mandat acutis.
Vt cui nota domus famuletur nouit & inquit
O vitii radix primæua, nouiſſima Chriſtum
Accedit viſura deum, ſed prima recedit
Natiuumq; ſibi propriumq; hunc diligit vſum
Vt non vnanimes faciat quos inquinat vna.
Magna quidem molles animos ligat vnio, magna
Conciliat cupidas pacis clementia mentes.
Pax quoq; firma leues animos complectitur, immo
Pax alios vitæ ſumptos communiter vſus
Nectit, & vnus amor ſtudiis inſeruit eiſdem
Verum par tumidis venit indignatio præceps
Mentibus alterno factura tonitrua vento,
Diſcordeſq; ſecat morum concordia mentes.

De caſu Luciferi. CAP. VIII.

HOc animi fulmen ſolio detruſit ab alto
Luciferum Iouia dum ſe miratur in aula
Partituſq; polos ſuperum ſibi deſtinat axem
Deuexumq; Ioui, ſua cui decreta vel aſtris
Mandet ſuppoſitis, igitur rapturus ad Arcton
Imperium, fatuo conceptis pectore regnis
Affigi boream iubet indignatus ad auſtrum
Sub pedibus regnare Iouis, ſed gloria cæcis
Fidit in auguriis, & amara ſuperbia dulces

Digitized by Google

Vix habet euentus,melior prudentia faſtus
Irritat,& rigidus lenteſcere cogitur arcus.
Ecce nouos flatus & prima tonitrua mentis
Aethereæ,ſtrepituſq; rudes & ſemina belli
Primitias odii,fraudis cunabula,mortis
Primæuam faciem,vitæ noua funera,mentis
Iuppiter arcano circunſpicit,& periture
Compatitur proli,coelo iunctiſſima,culpam
Excuſat pietas,manifeſtaq; crimina velo
Palliat erroris,vindictam fixa ſuperne
Sanctio iuſtitiæ dictat,iuſtamq; reatum
Euocat in poenam,nec enim Ioue maior ad axes
Imperet aſtrigeros velit ipſa ſuperbia,tantum
Non voluiſſe gradum,Caueat ſuſpecta ruinæ
Summa deum ſedes,igitur ſententia poenæ
Cum nequeat flecti pietas ſecedit,& iram
Iuppiter induitur,& anhelos concutit axes:
Fulmineiſq; manum iaculis armatus,& ira
Præcipitat tonitrus poenamq; in fulmine mandat
Et ſuperum patriis ciuem deturbat ab aſtris.
O miſerum ciuem,cuius ſub fulminis ictu
Detumuit flatus,O gloria dulcis,amaras
Eliciens lachrymas,O lux auguſta profundis
Palleſcens tenebris,ſolii pictura ſuperni
Deliciæ coeli,precio ſolidata,perennis
Materiæ proles,animi circūſtantia ſortiue.

Imperio phlegetontis aquis aſſatur,auerni
Fundamenta tenens:cocciti ſorbet abyſſum
Luctificam,felix,niſi ſe tot fonte bonorum
Lucifer agnoſcat,alter Narciſſus,& oris
Dotibus,& fati lachrymis ſolatia concors
Præbeat,euentus communis ſarcina damni
Pondus vtrunq; leuet,miſer ille,ſed ille,quid vltra
Q̃ liceat?temere ſpeciem quam vidit amauit.

Inuectio in ſuperbiam. AP.IX.

O Cæli ſcabies ,terræ contagia,mortis
Primitiale malum,ventoſa ſuperbia,cuius
Flatu letifero pax eſt excuſſa superne
Et ſuperis extincta dies.O prima reatus
Clauſula,prima deum confuſio,prima dolendi
Ianua,vas vacuum, pondus leue,robur manca
De facili turgens animi veſica,potentum
Addita ſęuitiæ peſtis,corrumpere vatum
Pectora prompta lues,faciliſq; inſerpere plectris
Dulcibus,& teneris præceps dare cornua muſis.
O rabies quæ nunc peregrino ad ſidera ramo
Serpis & abiectum fugis indignante comarum
Maieſtate ſolum,præceps hãc imminet hora
Suppreſſura fugam,non hoc pede gloria firmo
Nititur: inualidis truncus radicibus hæret:
Exiguum boreæ ſubito caſurus ad ictum.

De monſtro cupiditatis CAp.X.

Digitized by Google

Dixit,& extrema lachrymis immerſit,& imbre
Detumuit ventus: quem linguæ intorſerat ira.
Iamq; pererrato,per plana,per aſpera,mundo
Parte tenus magna monſtrum reperitur eunti
Inſolitus terror:nam cęlum vertice pulſat,
Et patulis terræ digitis ſuperoccupat orbem:
Et phœbe medium fraternos admouet ignes
Et chriſti radios,melioraq; lumina tollit
Mater auaritiæ,ſomni ieiuna,cupido
Aeternam damnata ſitim producere,nullis
Exatiata bonis,lucri ſtudioſa,rapinis
Artifices factura manus,viſura receſſus
Antipodum,noctiſq; dies,vmbraſq; ſiniſtras
Ardentis ſecreta ſinus,molleſq; ſabæos
Et rigidos ſine ſole Getas,primæuaq; phœbi
Limina,cum ſcopulis quibus exulat vltima Thule
Vt varias rerum ſpecies emungat:auari
Orbis opes,animi longo ſudore ſecuta
Vt tandem modico loculis deſeruiat ære.

Quid de cupiditate Architrenius ſentiat. CAP.XI.

Horruit,& noto quid erat,ſuſpexit,& inquit,
Hæc ſtygiæ ſuperis infeliciſſima noctis
Filia fas abolet,cancellat iura,reſignat
Fœdera,pacta mouet,leges abradit,honeſtum
Damnat,amicitias rumpit,diuellit amorem:
Subſcinditq; fidem,plena eſt diſcordia,quæſtus

Digitized by Google

Ardor vbi pugnat,ſtudio concurritur omni
Ad loculos,nam ſola poteſt reuerentia nummi
Quodlibet ad libitum mundano quolibet vti.
Hæc vaga commutat ſolidis,quadrata rotundis:
Soluit amicitias veteres,iterumq; renodat
Quas prius abrupit,alternos gratia nodos
Vix recipit niſi quos alterna pecunia nectit.

Q; cupidus nullis habitis ſit cõtentus. Cap.XII.

DVlcia ſunt cupido lucroſa pericula,dulci
Aeolus armatur horrore,ceraunia fluctu:
Blanda charybdis aqua:Phorcis cane,Syrtis harena.
Et mollit ſcopulos lucri dulcedo:diurnas
Abſoluunt hyemes lucri momenta:labores
Expiat innumeros lucrum breue,ſarcina lucro
Fit leuis,& rutilo ſudor ſiccatur in auro.
At licet Heſperię fluuios,Beſſiq; meatus
Vincula Macrobii,Chręſes vada,lina Neronis.
Pro Danaes. Heſperidum ramos,Martis penetralia,Danes
Impluuium,Bacchi tumulum,Phariiq; tyranni
Naufragium,teneroſq; Iouis ſpoliauerit annos
Et phœbi tulerit ſapientum pręmia, menſam:
Et geminos axes vna congeſſerit archa:
Cura tamen nunq̃ reſidet ſuſpenſa ſoporis
Pace,nec alternam requiem delibat,auarus
Inter opes mendicus opum;non temperat vnda
Qua natat ipſe ſitim,ſemper poſt parta laborat

In partus alios,nulloq; retunditur ære
Mentis acus cupidę,loculo vix ſufficit vni
Quicquid fabricius ſpreuit,Craſſuſq; probauit.
Hæret in ære ſitis,habitis furit ardor habendi
Pullulat in quæſtu quæſtus amor,omnia nullum
Pondus habent,niſi ſint vnum ſimul omnia pondus.

Q; ſola morte cupiditas terminatur. CAP. XIIII.

INfelix cupidis omnis fortuna,ſitimq;
Nulla leuant,quæ cuncta ſitit,ſed meta malorũ
Mors ſola innumeras curas expellit,& vna
Falce metit,varii quicquid peperere labores:
Et bene de cupido tandem mors ſola meretur
Cum longo vigiles ſomno ſuffundit ocellos.
Vix tamen a quæſtu ſtudium ſubducitur,ipſum
Mortis ad imperium ſenſus vigilantia,cenſus
Aeternum meminit,loculis in morte cadentes
Aſſurgunt oculi,tenero ſuper omnia voto
Dilectus ſuprema rapit ſuſpiria nummus.
Iamq; ſtygis medium perlabitur vmbra,memorq;
Nunc etiam quæſtus:in carnis clauſtra reuerti
Nititur vt nummo rurſus potiatur amato
Et loculo loculum ſuperaddat,Pelion Oſſę:
Colliculum monti:fluuio vada,flumina pontho.
At nullos reditus regis diſpenſat opaci
Sanctio,ſic dominam ſemper ſuſpirat ad arcam
Extremumq; vale ſtygiis mandatur ab vndis.

Digitized by Google

O loculi dulces, iocunda pecunia, nummi
Delicię, Sirenes opum, Philomela crumenæ.
Cuius ad auratæ vocis modulamina, cedit
Orpheus, faſtiditur holor, delirat Apollo.
O geminos ſolis ortus amplexa cupido
Alterutrunq; diem. cuius radicibus omnis
Perplexatur humus, cœlumq; cacumina terrent.
Vęh terræ cum ſis ſuperis ſuſpecta, nec eius
Diuitiis contenta, vocas Titanas ad aſtra:
Sollicitaſq; Iouem, ſuperoſq; in monſtra reſoluis
Dum petitur cœlum, per Pelion, Oſſan, Olympum.
Heu ſortis miſeræ quibus eſt anguſta bonorum
Portio, ſol oculis quicquid metitur, habere.
Indepulſa manent cupidę ieiunia mentis:
Quam non exatiant vno minus omnia pontum
Exhauſiſſe niſi bibulas emungat harenas.
Heu pugnaturos pluſq̃ ciuiliter enſes
Alternæq; necis gradios accincta cupido.
Mille modos lęti, rerumq; pericula tractat
Vt mundi lachrymas loculi tranſfundat in vſus.

Exclamatio in Prælatos. Cap. XIIII.

O Vtinam ſanctos hęc citra viſcera patres
Templorum pupugiſſet acus, ne vilior auro
Ara foret, ſed libra libro: ſed numine nummus.
Non dono caderet morum cenſura, Catonis
Limatum toties temere morſura rigorem

Digitized by Google

Non partiretur conſulto Simone,Petri
Curia,vel baculos Chriſti,vel cornua virtus
Surgeret exceſſus circunciſura beatos
Illuſtres factura viros,libraſſet honores
Ad meriti libram,nec ea ſub iudice poſſent
Iura peroranti loculo ſuccumbere,nunꝗ
Birria ſufficeret vbi defeciſſet Homerus.

De bello inter largos & auaros. TI.XV.

Ine dato verbis,ſubitos bibit aure tumultus
Et ruptis gladiis,Martiſqꝫ tonitribus auras
Haurit,& horriſonis qua litigat ictibus aer
Flectit iter ſtupidis dubiiſqꝫ allabitur auſis.
Mars vbi ſæuus agit, gladius necis eliquat imbres
Sidera texuntur iaculis,ſuperoſqꝫ ſagitta
Territat:& denſa nocteſcit arundine cælum.
Gemmis vernat apex galeæ, lorica nitore
Ridet in argenti,mucro ſplendore minatur:
Reptat in vmbone leo flammeus , igneus aurum
Ventilat inuolitans haſtis draco,mortis odore
Cuſpis ineſcatur,ignes equus arduus efflat:
Sanguine candeſcunt phaleræ, ſpumeſcit habena
Indignata regi,fræni natat ardor in ira.
Vngula ſumma volat,raptos iuba verberat armos,
Pectoris excuſſus aries terit obuius hoſtem.
Cælum Marte tonat,gladii face fulminat aer
Sanguine liuet humus,eadem mare purpura veſtit.

Digitized by Google

Morte natantur aquæ,terram bibit vnda cruoris
Aera mergit equus,lituo ſinus ætheris hinnit.
Ictibus exclamat gladius,Conflictibus vmbo:
Turbine ſaxa fremunt,tędę igni:tela volatu.
Subticet aduentum plumbi impetus,ala ſagittæ
Et nec funda neces,nec vulnera præcinit arcus.
Inſilit arma furor,acies diſcordia nodat.
Terror agit currus, feritas auriga iugales:
Efferat ira viros maiorq; audacia Martis
Filia vexillumq; ferens dementia belli
Mucroni gladius occurrit,arundo ſagittæ
Cornipedi ſonipes,lateri ſinus,vngula cornu:
Vmboni clypeus,lituo tuba,miſſile telo:
Loricę thorax.galeæ Iuba,fraxinus haſtæ:
Mors in morte natat,feriens furor inſerit enſes
Dumq; fodit:cęde cędis cadit vnda redundans.

Sermo walgarii ad Archithrenium de Corineo. Ti.XVI.

QVod metuit vidiſſe iuuat,nouitaſq; videndi
Affectus & vota facit,miratur & ecce
Improuiſus adeſt miranti miles,anhelo
Puluerulentus equo,dantur redeuntq; ſalutes
Pace relatiua,quis ſit,quo tendit,vterq;
Diſcit,vterq; docet,tamen Archithrenius inſtat
Et genus & gentem quęrit ſtudioſius,ille
Tros genus,& gentem tribuit †Lodoueſia, morum

†ydone-ſia.

Præbuit irriguam nutrix Cornubia mammam.
Poſt odium fati phrygiis inuenta Smaragdus.
Hanc domitor mundi Tyrinthius alter, Achillis
Atridæq; timor Corinæus, ſerra Gigantum
Clauaq; monſtriferam ſociæ delegit alumnam
Omnigenam Troiæ, pluuioq; fauiſlua lacte
Filius exilio feſſæ dedit vbera matri.
A quo dicta prius Corinçia dicitur, aucto
Tempore corrupti Cornubia nominis hæres.
Ille giganteos attritis oſſibus artus
Implicuit leto, Tyrrheni littoris hoſpes
Indomita virtute gigas, non corpore mole
Ad medium preſſa, nec membris denſior æquo
Sarcina, terrifico tumuit Titannia monte
Ad Ligeris ripas Aquitanos fudit, & amnes
Francorum pauit lachrymis, & cæde vadoq;
Sanguinis, enſe ruens ſatiauit rura, togaq;
Punicea veſtiuit agros, populiq; loquacis
Grandiloquos fregit, animoſa cuſpide faſtus.
Integra, nec dubio bellorum naufraga fluctu
Nec vice ſuſpecta titubanti ſaucia fato
Indilata dedit ſubitam victoria laurum.

De aduentu Bruti & Corinei in terram quæ tūc Albion, mox Britannia: nunc Anglia dicitur, & de Gigantibus qui illic habitabant. CAPVT. XVII.

VNde dato curſu Bruto comitatus Achate
Gallorum ſpolio cumulatis nauibus æquor
Exarat,& ſuperis auraq; fauentibus vtens
Littora felices intrat ciconeſia portus
Promiſſumq; ſoli gremium monſtrante Diana
Incolumi cenſus loculum ferit Albion alno.
Hæc eadem Bruto regnante Britannia nomen
Traxit in hoc tempus,ſolis Titanibus illo
Sed paucis famuloſa domus,quibus vda ferarum
Terga dabant veſtes,cruor hauſtus,pocula trunci:
Antra lares,Dumeta toros,cœnacula rupes:
Præda cibos,raptus Venerem,ſpectacula cędes:
Imperium vires,animos furor,impetus arma
Mortem pugna,ſepulcra rubus,monſtriſq; gemebat
Monticolis Tellus,ſed eorum plurima tractus
Pars erat occidui terror,maiorq; premebat
Te furor extremum Zephyri Cornubia limen.
Hos auidi belli,Corinei robur Auerno
Præcipites miſit, cubitis ter quattuor altum
Gemagog Herculea ſuſpendit in aera lucta.
Anthęumq; ſuum ſcopulo detruſit in æquor.
Potauitq; dato Thetis ebria ſanguine fluctus
Diuiſumq; tulit mare corpus,Cerberus vmbram.

De conceptione Arturi & Ortu eius ad quem ſcribitur. CAP.XVIII.

Digitized by Google

NObilis a Phrygio tanto Cornubia gentem
Sanguine deriuat, ſucceſſio cuius Iulum
In generis partem recipit complexa pelaſgam
Anchiſeq; domum, ramos hinc Pandraſus inde
Syluius extendit, ſocioq; a ſidere ſidus
Plenius effundit, triplicatę lampadis ignes.
Hoc triſido ſole, Corinęi poſtera mundum
Præradit pubes, quartiq; puerpera phœbi
Pullulat Arturum, facie dum falſus adulter
Tincaiol irrumpit, nec amoris Pendragon æſtum
Vincit & omnificas Merlini conſulit artes.
Mentiturq; ducis habitus, & rege latenti:
Induit abſentis præſentia Goloïs ora.
Ecce furor lucis maiori ſidere quintus
Enituit phœbus, ad cuius lumina quiuis
Sol alius Saturnus erit, ſplendore planetas
Veſperat, obſcuro brumeſcit falcifer igne
Cæcus ea ſub nocte ſenex, Iouis erubet aſtrum:
Marte verecundo peplo Venus occulit ora:
Mercurius mitra: phœbe ferrugine vultus
Aethiopes odit, faciemq; interſa lutoſam
Plena latet nodo, germanaq; turbida fratrem
Et modicum lucis vocat, & cauſatur auarum.

De Ramophrygio. Cap.XIX.

NVnc Ramophrygius mũdo itulit anchora iuris
Impatiens nutraſſe ratem, ſe Tidea bello

Digitized by Google

Exhibuit, ſe pace Numam, ſcelerumq; procellas
Propulit infracto ſecurus nauita clauo,
Quem præceſſiua ratio dedit excuba, tanto
Cum ſocia virtute viro, ſe moribus ipſis
Præbuit exemplum, nec honeſti flexit habenam
Alter ſed melior, hic Neſtor: Neſtore primo
Annis inferior, par pectore, celſior actis.
De genitore fidem genitus facit, optimus ille
Extitit, exiſtit ſuperoptimus iſte, bonorum
Maximus abſq; gradu, non eſt quo ſurgat honeſtum
Supra ſumma ſitum, nec nouit linea morum
Infinita gradum, reliquus ſic orbis ab vno
Exuperatur, vti quem contingentia curuat
Angulus a recto nunq̃ deſcendit ad auſtrum
Arcticus, & pleno radiat fulgore, dieq;
Integra, ſol iſte ſuperlatiuus, & illo
Pro gemma voluit mundi teres annulus vti.
Hoc Ramophrygio tellus redimitur, eoq;
Stellea Rothomagi laſciuit Paula Sabello
Gẽmeſcitq; nouo Chriſti noua nupta monili.
Hic ſinus has hominum roſulas & lilia vernat
Regula, nil genuit olidum Cornubia: partus
Expolit illimes, & ab vbere pignora terſis
Morigerat vitiis, & pluſq̃ cętera ſcabram
Limat auaritiam, quæ noſtræ ſæpius arcto
Inſtitit, & gelidum violenta laceſſiit orbem

Digitized by Google

De ducibus caſtrorũ auaritiæ. Cap.XX.

AT nos pro patria ſemper pugnauimus,armis
Elidendo minas latiiſq; repellere monſtrum.
Cura laborq; fuit,& adhuc ne tanta nepotes
Belua ſubuertat,pugili ſudauimus enſe.
Reppulimuſq; truces acies,hucuſq;,neceſq;
Fudimus innumeras,& adhuc cum multa ſuperſint
Milia non prono rapitur victoria curſu.
Marte potens miles nimbo populoſior,illis
Semper agit caſtris,& ea de parte magiſtri
Bellorumq; duces ſunt quos æterna notabit.
Et notat illa lues Parthorum victima Craſſus
Septimuluſq; ſuo qui Gracco prætulit aurum
Et loculis donans ne tutus Caſſius eſſet.
Quiq; necis propriæ Ptolemæus retulit hoſti
Præmia,ne cenſus ageret diuortia pontis.
Naufragioq; daret dilecta pecunia poenas.

SEQVITVR LIB. VI.

De Arthuro,Ramophrygio, Ewalgano in auaritiam dimicantibus. Cap.I.

EX alio belli cuneo ſumus,alter Achilles
Arthurus teretis menſæ genitiua venuſtas
Et Ramophrygius dandi non vnda ſed æquor.

Ewalganus ego, qui nil reminiſcor auara
Illoculaſſe manu: non hæc mea fulgurat auro
Sed gladio dextra, recipit quod ſpargat, & enſe
Non loculos ſtringit: nec opes incarcero miles
Degener: & cupide cumulato ruſticus ære.
At me bella vocant, & te tua forſitan vrget
Sollicitudo, vale. non expectatus eunti
Reddidit ille vale, meditatiuuſq; recedit
Corde querelanti, q; ſcrutatiuus & auſtrum
Viderit & Tethyde miranti merſerit arcton.
Effuſoq; vagus oculo perlegerit orbem,
Nullaq; propoſiti datur exoptata facultas.

De tranſitu Architrenii in Thylen. CAP. II.

Intimus ergo tumet vultuſq; ſuperfluit ira
Purpureiſq; furor animi coquit ora caminis.
Nec mora dum feruet, nec tempore temperat iram:
Floridulum mundi thalamum veriſq; penates
Aduenit vſq; Thylen, vbi nunq̃ labitur abſq;
Præterito præſens, pluſq̃ perfecta venuſtas.
Perpetuatur honos roſulis, intacta ſenectæ
Lilia pubeſcunt, ſenium nec bruma nec eſtas
Aduehit & veris æternatiua iuuentam
Floribus ipſa loci deitas natiua perennat.
Hic vbi planities patulum limatur in orbem
Philoſophos ſerie iunctos circumſpicit in qua
Architas varios exceſſus explicat iræ.

Digitized by Google

Et docet hac mentem furia vexante labores.

Verba Architæ de ira. Cap.III.

IRa malum,deforme viris,quo pectus aceſcit
Senſus hebet,languet ſtudiũ,ſollertia lippit,
Cæcatur ratio,pietas tepet,alget honeſtas,
Macreſcit virtus,vitium pingueſcit,inundat
Liuor,adeſt facinus, lex nutat,norma vacillat,
Pax titubat,ſurgit odium,clementia vergit.
Cedit amor,creſcit hoſtis,rareſcit amicus,
Inſidię ſerpunt,ruit impetus,euolat ardor,
Bella fremunt,Bellona tuba,Mars intonat enſe:
Vita fugit,vitęq; ſopor mors vltimus,inſtat.
Ira malum quo non aliud velocius alas
Vrget in errorem, pennaſq; in deuia verſat.
In faciem ſurgit,& pectore naſcitur ira
Interiuſq; cremat,& vultibus exilit ardor,
Præcipiteſq; furor animos rotat,ora pervrit.
Hic rogus exterius,celari neſcius, vrit:
Accenſoq; labor animi vulgatur in ore
Nec tacet archanum mentis facundia cultus.
Imperat hæc dextris rabies,natoſq; parentum
Immergit iugulis,contraq; in pignora patres
Efferat,& fratris frater bibit enſe cruorem
Cognatas acies alterno ſanguinis hauſtu
Polluit,& gladio naturæ fœdera rumpit.
Cędibus accedunt cędes,& cæca nefandis

Digitized by Google

Implicat in facinus pugiles audacia ſenſus.

Iræ fida manus, cladeſq; ancilla miniſtrans
Surgit & exilium pacis molitur, iterq;
Rumpit in omne nephas, rabies germana furoris,
Pronus in arma furor, ſtricto vagus impetus enſe,
Indocilis flecti feritas, & cognita ſceptris
Seditio, cæcuſq; timor, regniq; Tyrannus,
Et ſoror & coniunx, & belli ſemina, lites
Litigiiq; tubæ, crudoq; inſania vultu
Rixarumq; faces, & iurgia plena cruoris.
Cædeq; ſæuities, iræ clauſura tumultus:
Ira iuuentutis ſolitus calor, ardor amantum
Acrior in pœnas, ſtragiq; paratior enſe
Maturaſq; neces, laqueo face, cuſpide: cogens
Cum Veneris voto contraria ludit amantes
Alea, nec motus animi fortuna ſecundat.
Non ferit ad libitum voti quo tenditur arcus.
Ira parens odii, quod proles tertia liuor
Subſequitur peſtis, vtriuſq; diutior hæres.

Audit & incinerat gelidis fornacibus ignes
Et ſepelit viuam prius Archithrenius iram.
Paſcitur auditis, propius ſedet, erigit aurem
Cor patulum ſoluit, etenim ſermone carenti
Gloria præceſſit, ſequitur Plato verba ſecundans.

Oratio Platonis de liuore CAP. IIII.

Digitized by Google

ECce furor liuoris acus maiorq; Megæra
Inuidiæ,famæ cumulum raptura beatis.
Non pudet in mundos maculas iactaſſe,notatis
Adieciſſe notas,erebum faſtidit Erinnys,
Maternamq; ſtygem,noſtras peregrinat in ædes
Hoſpita,dente grauis didicit reuocare furores:
Exacuiſſe dolos,clauſoſq; aperire reatus.
Ipſa ſcelus fictura nefas,tortura flagello
Peruigili mentes:ſucceſſibus ægra,ſiniſtros
Ad caſus lugubre canens,lachrymoſa ſecundis,
Gauiſura malis,ideo mœrore ſerenum
Et riſu lachrymans fatum comitatur amaro.
Liuori aſſiſtunt rabies animoſa,tumultus:
Pax armata dolis,ſuſpectum fœdus,amoris
Vmbra,latens odium,gladio Mars igneus: arma
Arma viri Bellona tonans,& pronuba belli
Seditio,primumq; ferens diſcordia pilum.
Liuor in inſidias & in ebria tela veneno
Irruit,& varia cumulantur pocula morte:
Exundantq; neces,nec inoppugnabile pręſtant
Diuitiæ vallum:ſed vino purpura cedit
Mortibus hamato damniq; incauta poteſtas
Illud,eaſq; bibit:aliudq; infunditur oſtro
Q; tyrium virus,hoc enitet,enecat illud.
Erigit hoc faſtus,illoſq; vlciſcitur illud.
Detulit a ſuperis radicem liuor,& ortu

Digitized by Google

Summus ſumma petit, ſuperiſq́ſimillima pulſat
Certamenq́ deis pluſq́ ciuile minatur.
Diuitis & cælo redolentis lilia famæ
Liuoris decerpit hyems: inſultat honori,
Extenuat laudes, adimit virtutis odorem
Nariculis famæ, ſuperis fragrantia morum
Balſama delimat, viruſq́ inſpirat, & atro
Polluit afflatu, dens improbus omnia carpit.
Nec ſibi deparcit in cætera liuor: & ipſum
Sæuit in authorem, roditq́ & roditur idem.
Liuor opem preſſis, & opes ſublimibus aufert
Prouectumq́ bonis meritis, infeſta Celeno
Aeternum fornax odium coctura nouercæ
Et puto philoſophis laterum liuore potentum
Tollitur acceſſus metuendaq́ gratia ſceptri
Nam titulum liuor quem non habet odit haberi.

Inuectio Catonis contra diuitias. CAP. V.

UT modus eſt verbis: ſubeunt partita fauorem
Murmura, nec ſerpunt vacui liuore ſuſurri
Nec mora, dum linguis immiſſa licentia, fandi
Materies verſat iuuat exclamaſſe Catonem.
O inopes virtutis opes, o gloria paucos
Productura viros cęloq́ inuiſa poteſtas:
Nec loculis factura deos, felicia molles
Seducunt animos, nec ſunt commercia regnis
Cum Ioue, nec mitra ſuperis accedis inopſq́.

Plus animę q̄ diues habet. leuioribus alís
Pauper in aſtra volat,dulciq; pecunia mole
Quos aluit læſura premit,nec Crœſus in auro
Fata fugit,perdenſq; deos non perditur vmbris.
O Erebi deſcenſus opes,& maior auerni
Introitus,mortiſq; fores quas Cerberus alter
Ambitus extruxit,medioq; erexit in orbe
Qua ſurgit cum diuitibus factura Megæra
Colloquium:notaq; diu cum prole ſuſurrat
Et iacit amplexus,& plaudit,& oſcula miſcet
Incautoq; doli ridenti arridet alumno.
Interdum ſtygias attentius edocet artes
Sollicitumq; minus intorto verberat Hydro
Effuſumq; iacit ſtygium per viſcera virus:
Quo nequeat non velle nephas ſcelerumq; ſoporem
Neſciat & nunq̄ facinus ſuccumbat honeſto.

De tranſitu Megærę & mortis ab inferis in potentes. CAP.VI.

HAc ſolitum decurrit iter,totumq; Megæra
Aduehit infernum:quicquid Plutonius axis
Educat immundum,vitiorum turba ſiniſtra
Progenies noctis,matrem complexa,feruntur
Emerguntq; ſinu bibulaſq; paludibus † aulas talas.
Aſpergunt ſtygiis,propiuſq; vocantur,& omni
Aſſunt conſilio verni cum ſorde fluenti
Polluti ſatis eſt,& fuſæ fæcis in orbem.

Digitized by Google

Afficiunt maculæ, nec ditem euadere dites.
Dant delicta fidem, mors ecce extrema dierum
Veſpera, pallenti ſubito procedit amictu
Accenſamq; tenet ſicco phlegetonte cupreſſum
Quæ deciſa rogis pigmentet odoribus auras.
Diuitibus ſupremus honos prænuncia fati
Noctua præcedit properanti morte propinquos
Occaſus infauſta canens, buboq; ſiniſtri
Augurii vates, æuumq; in dulcibus annis
Atropos abrumpens fati comitatur euntis
Indiuiſa vias, lachrymæ planctuſq; ſequuntur
Et gemitus, fletuq; madens deciſio vultus.
Funeribuſq; comes vlulatus, & horrida crinis
Arduitas, ſciſſoq; comæ iactura capillo
Diruptiq; ſinus & mœſtę veſtis honeſtas
Et manuum preſſo coeuntes pectine nodi.
Inſerit ergo manum trabeis, gremioq; reducto
Exuit, & dextrę ſceptrum, & diadema reuellit
Crinibus, & ſtygiæ ſpoliatum mandat harenæ:
Funebriq; tuba victrix circũſonat aulam:
Et ſuperis vindex clangoribus æthera pulſat:
Optatumq; deis reſerat clamore triumphum:
Et de diuitibus nota eſt victoria cęlo.

Exclamatio in diuitias. Cap. VII.

O Subito lapſurus apex, O pendula rerum
Ardua, pręcipitem grauius factura ruinam.

Digitized by Google

O mundi lugubris honos, & debile robur
Diuitiæ, fati dubio quaſſabile flatu
Haud procul a mentis oculo ventura recedat
Illa dies, quam clauſa die prudentia differt
Occultamq́; videt, quæ tandem cognita regum
Mordeat exceſſus, pœnamq́; excedere crimen
Vindicet, & laqueis doleant crudeſcere regna.
Nec ſolio parcet ſuperum clementior vrna:
Nec pœnam redimet, quod mundum polluit auro:
Cum trabea tandem ceſſura mortibus: ignis
Quem Phlegeton ſudat Gemmarum diluet ignes
Vernabitq́; deum ſolio trabeata caſarum
Sobrietas, tandemq́; dato fulgebit in oſtro:
Gaudebitq́;, velit dominus vitale Ioannes
Aeternare iubar, roſeis ardere coronæ
Sideribus: quam non odium, non fortior ætas,
Immo nec inuidiæ rabies ſuſpecta venenis
Excutiat, vitemq́; metet quam plantat honeſtas.

Verba Diogenis de contemptu mundi. CAP. VIII.

SVbiicit his, nec amara timens, nec dulcia ſperans
Diogenes, fixus animo, ſed mobilis æde,
Si quicquid gemino Phoebus complectitur arcu
Imperio ſtringas: tumulo non maior humandus
Occidis, & tandem cui non ſuffecerat orbis:
Magnus Alexander paruæ non ſufficit vrnæ.
Si Paridis formæ roſei præcelleret oris

Gloria,nec vultus maculæ nubeſceret vmbra.
Occiduus ſol ille perit,floremq; iuuentæ
Vel fati cęſura terit,vel lima ſenectę.
Si præluſtre genus,ſi regius ortus aduſq;
Innumeros decurrat auos,non ſanguinis illa
Lux addit meritis,patrem dediſcit in enſe
Neptanabi proles,matremq; abſoluit in armis.
Si famę radies titulis inſignis & alto
Nomine gemmeſcas,animæ non tergis olentes
Sub fama redolente notas,non mentis inumbrat
Laudis oliua rubum,nec ſpinam pectore vellis.
Socratis exundat ſi quicquid fama,capaci
Hauſeris ingenio,nihil eſt hauſiſſe tuumq;
Inſipidum ſcire eſt,niſi quod condiuit honeſtas.
Nec morum redimit cumulata ſcientia damnum:
Si longo ſenii faſtidia traxeris æuo
Neſtor,& ad quarti numerus proceſſerit annos
Limitis exiguam ſub morte crepuſcula lucem
Claudunt,& ſedes ſupereſt ſuprema ſepulcrum.
Si toto phyſicę lucteris robore,lucis
Continuaſſe moras,ſtamen tamen Atropos æui
Rumpit,& in mortem non eſt præſcriptio vitæ:
Producitq; dies ſed non medicina perennat.
Si quicquid tyrius accendit murice pecten
Aut Sidonis acus naturæ ſimia,ſerum
Velleribus fœcunda parit,ſi quicquid vbiq;

Digitized by Google

Veſtis adeſt habeas, vni toga ſufficit vna.
Si quicquid gremio nutrit Rhea, iactat in vndis
Nereus, aut Bacchus preſſa vomit ebrius vua
Affluat, & precio cultuqꝫ adrideat ori.
Copia, quo turges vterum non amplius imples,
Si variȩ ſedes, ſi fit populoſa domorum
Turba tibi: ſi mille lares, ſi mille cathedrȩ,
Te capit vna domus, & fruſtra panus in aſtra
Turribus accedis: caſula contentus amiclæ.

Verba Socratis de cõmendatione Diogenis, Cratetis, & Democriti. CAP.IX.

Vix ea, cum Socratis ſurgens facundia verbo
Continuat verbum, reliquos affatur, & ora
Sermonemqꝫ ſuum ſocias conuertit ad auras.
Hæc rigui virtus cynici, quam nulla ſoluti
Polluit ebrietas luxus, O ſobria pranſi
Lȩtaqꝫ ieiuni ſaties, O rara verendȩ
Maieſtas caſulæ, ſoliumqꝫ volubilis aulæ
Doliolum, cuius patula fore ianua nunꝗ̃
Limine nodatur, non obiectura frequenti
Oſtia conuiuȩ: nec mandatiua repulſæ
Dedecus occurſu, feruorem & frigus, vtrunqꝫ
Euaſura malum, nec conqueſtura moleſtas
Aeris eſſe vices, properanti terga periclo
Obiicit, & verſȩ faciem non verberat auſtris
Aeolus, imber aquis, niue bruma, vaporibus æſtas.

Digitized by Google

Magni ſpreuit opes,curarum pondus,& aurum
Inſidiis plenum,ſuſpectaq; munera leti
Horruit,intactus gladios ridere latronum
Maluit,& iuguli vacuus ſeruaſſe cruorem.
Erubuit tranſiſſe modum,ꝙ flumina ligno
Hauſerat,& calicis digitos collegit in orbem
Libandoq; manus docuit ſeruire fluento
Omnifico facta naturæ pocula torno
Indolis actiua placuit,paſſiua laborum
Paupertas,vitii declinatiua,malorum
Ablatiua,virum genitiua,datiua bonorum.
Fleuit opum riſus,lachryma mordente Platonis.
Sidonio faſtu corrupta cubilia,mente
Et pede calcauit,naturæ fercula nunꝗ
Faſtidiuit,holus pallenti maluit vnda
Qꝫ linguæ Phaleris ſiculum mollire tyrannum,
Alter Ariſtippus veſtiri cannabe liber
Qꝫ trabea ſeruus,& ſe ꝗ regibus vti
Integer haud ſapido pretextæ læſus odore,
Vberius,felix animæ ꝗ veſtis in auro.

Scutella lignea.

Cum peteret voto ſtudii Thebanus Athenas
Philoſophus Crates,notumq; potentibus agmen
Collegiſſet opes ſocias,diſſuada Mineruæ
Pondera,merſit eas ne merſaretur ab illis
Paſſus vt expenſis impenſa pecunia,peſſum
Peſſima preſſetur,meritamq; vt naufraga pœnam

Naufragii lætitia ferat, cum tenderet illo
Idem Democritus ſtudiis accenſus: auari
Sacra, ſuoſq; deos loculos abiecit, auitos
Diſtribuit cenſus, libriſq; extructa Mineruam
Sorbuit, inſerto conſurgens mantica phœbo;
Plena ſophiſmaticis, ſed opum ieiuna camœnis
Intumuit grauida concuſſo Pallade dorſo.

Verba poſt Democriti q̃ diuitiæ non ſint habendæ niſi vt expendantur. CAP. X.

HAec vbi Democritus, nulli placuiſſe merentur
Quæ ſtyga pro fructu par iũt, hæc omnia, tractu
Duratura breui, nimias mentita carenti
Delitiis, illumq; minus factura beatum
Cui magis accedunt, reprimantur vota, ſitiſq;
Extinguatur opum, nec clauſo pectore cenſus
Ardor agat rimas, opibus tamen omnis in omnes
Omnia poſſe poteſt per eas ſuſpectus ab hoſte
Extorquetur amor, nodoq; aduerſa ligantur
Inſolido, cenſuq; nephas ſuaſura fugatur
Pauperies, liceat, eſt ipſa pecunia ſanctis
Accipienda viris, licite quæſita, datores
Magnanimos habeat, & dantibus inſtuat arcæ
Non inſerta diu, rara & breuis hoſpita, nunq̃
Incola, nec turpe loculi queſtura ſepulcrum.
Collige ſparſurus, mete quę diſcretio dextræ
Seminet, & ſummum dandi prudentia nomen

Germinet,& meritis fructum producat in aſtris
Inuidioſa Titi ſit dextera,munera tanto
A ſimili ſparge,quo diues ſplendeat aſtrum
Eſſe puta munus,oblitam dona memento
Amiſiſſe diem,loculos ſignaſſe ruborem
Inferat,& cenſus quæ pondere ſudet,anhelet
Diſtribuendo manus,fudit fortuna,refundat
Dextra,nec ardorem dandi reſpectus auari
Congelet,ille tibi Romani maximus author
Muneris occurrat,immo quem fauſta dedere
Tempora Normannis,qui dandi ſidere mundo
Et ſuperis fulget,cui qua non præbuit hæc eſt
Viſa nefaſta dies,ille eſt cui copia cornu
Fundendiq; vicem ieiuno tradidit orbe.

Verba Ciceronis,de prodigalitate vitãda.Ca.XI.

Hic Cicero verbis inſtantibus ora reſoluens
Dando tamẽ preſige modũ,ſubſtringe ſolutos
Muneris excurſus,iuſto moderantia fine
Temperet expenſas,cedatq; improuida ceci
Ebrietas luxus,moderandi limite dandi
Luxuriam perſtringe,pati largitio frenum
Nouerit,& q̃tum permittit copia funde.
Largus in exhibitis,habiti modus arbiter eſto.
Meta ſit expenſę,dandiq; auriga facultas.
Luxus opum,conſumit opes:dandiq; poteſtas
Carpitur & carpit,non eſt inſania maior

Qꝫ quod poſſe cupis niti non poſſe,daturus
Et dans eſſe nequis,ſi luxum conſulis,ille
Hoc illo perimit dare,quod manus ebria ſpargit
Ire datum tollit,ſumptu conſumeris,vrges
Quod doleas ſpernis hodie quod craſtinus optes.

Prodige de pleno vacuum concludis,amarum
De ſapidoq; de luce lutum,de Caeſare Codrum.
Ludibrium de laude,nihil de quolibet,illud
Prodiga prodigium nouit manus,amplius aequo
Amplificans ſumptus,habitiſq; licentius vtens
Qꝫ liceat:natura petit,fortuna miniſtret.

Carptor opum vileſcit:inops,dum diuite dextra
Dat,redolet:poſt munus olens mendicat vbiq;
Inueniens nuſq̄ queritur dum quęrit amaros
Non preſciſſe dies cum dulcibus vſus amico
Fideret in fato pudet illis eſſe pudori
Quos diues decuit,fuſi reminiſcitur aeris.
Amiſiſſe piget,& opes fluxiſſe,refluxum
Non habuiſſe dolet,fati reſilire fauorem
Ingemit & vellet fortuna dante dediſſe
Parcius,& dextrę male pręcauiſſe,ſiniſtram
Deuouet,& ſero quem lęſerit alea ludi
Poenitet,eluſuſq; manum qua luſerit odit.

Verba Plinii quid ſequatur ex luxu. Cap.XII.

TAlibus adnectit redolenti Plinius ore.
Prodigus es,ſequitur,eris indigus,huius egeſtas

Eſt vitii vindex,meritaq; vlciſcitur ira
Pauperies luxum:tenui contracta cubili
Panniculo ſordens:ventri ieiunia longo
Indicens odio:Cereris Bacchiq; recedunt
Acceſſus ſoliti:ſtomacho ſuccedit inani
Aegra fames,ardenſq; ſitis,vacuumq; rapinæ
Inſtruit,& dextram qua fuderit omnia,furti
Damnat,& ære manus alieno polluit,omne
Pro modico ſuaſura nephas,clauſiſſe bilingues
Ingenioſa dolos,vt qua ſibi deficit,alter.
Supplementa ferat,omni quo pauper abundet
Limite procedit,& primi rurſus inundat
Diluuium luxus ſolitumq; refluctuat æquor:
Et manus ad dandi reuolat quem nouerat vſum
Cura prodigitur dando qui prodigit æris
Creditor occurrit grauis,vrgens,improbus,acer,
Impatienſq; moræ,repetendi prodigus,iræ
Largus,auarus opum,tantoq; proteruius hæret
Quo magis æris eges,quo plus ſub mole terentis
Læderis vſuræ pulſat,furit,inſtat:oportet
Quod petit vt ſoluas,nec ſoluere ſufficit arcæ
Aut loculi macies,quid ages?te peſſimus ille
Vndiq; diuellit,& dandi ſi qua reliquit
Primus amor dantur,ſed eo dilatio dono
Venit,emiſq; moras,ſed qui prius inſtitit idem
Maturat reditum dolor,interrupta quieuit

Rixa,ſed ad tempus redit in feruore tumultus
Aſperior,maiorq; furor,mors ſola dolores
Sopitura venit,latura beatius eſſe.
Et miſeris optata quies ſolatia poenæ
Quæ vita eſt mors poena parit,reſpirat egeſtas
Mortis in amplexu,vitæq; moleſtia,leto
Tollitur,& vulnus curatur vulnere,poena
Poena,dolore dolor vt te tot prodige tandem
Eruat aduerſis:vt tot pulſantibus obſtet
Supremi metuenda venit clementia fati.
Parcius a loculis expenſæ audacia ſurgat
Ad cenſus contracta modum,ne debita menſi
Deuoret vna dies,menſiſq; liguriat anni
Suffectura more,ſi qua eſt improuida,non eſt
Sępe datura manus,nemo niſi parcus habebit.
Vnde diu largus effundat muneris vrnam,
Solaq; munifici laudes cautela perennat.

Verba Cratetis de aulæ incommodis. Cap.XIIII.

INterea dubio verſans in pectore Crates
Quando merſit opes,longũ meditat⁹,at inquit
En memini loculos odi,mundumq; daturas
Fortunæ contemno manus,erroribus ortum
Diuitiæ præſtant,& opes delicta tuentur.
Libertaſq; datur vitiis:& ſemina culpæ
Præfoecunda iacit,necnon altiſſima fati
Nulla venit ſincera dies,maiorq; poteſtas

Digitized by Google

†ludit. Sæuius æ ludo fortunæ lęditur,& plus
Sollicitſ ꝗ pacis habet,ſemperq; beatos
Altius,aduerſis labor inclementius vrget.
Nulla quies aulæ,circumuenit improbus aulam
Curarum pópulus,vexat congeſta laborum
Turba,poteſtates,alienatiua quietis
Agmina concurrunt,regni cuſtodia,iuris
Sollicitudo minor,tractanda negotia cauſæ,
Iudicis examen,lis decidenda,querelæ
Pauperis inſtantis pulſatio crebra,rogantis
Importuna manus,precibuſq; interflua rixæ
Aſperitas quam pigra parit dilatio recti.
Rarus ibi ſomnus,vigilatæ tędia noctis
Indolitura dies equitantis vexat ocellum
Semita delicti,culpæ via,ſtrata reatus.
Methodus inferni,ſtygis orbita,limes auerni:
Nugarum lituus,falſi tuba,tibia ficti:
Buccina rumoris,denſo ſtrepit aula tumultu:
Altiloquus quatit aſtra fragor,tollitq; ſoporem
Et ſuperis,feſſaſq; Iouis ferit arduus aures,
Vndiq; garrytur,hic verbum ſupprimit,ille
Erigit,hic linguæ tumidus tonat,ille ſuſurrat.
Hic ſocium tangit,vicium mordente cachinno:
Publicat ille ſcelus grauius lædente ſuſurro.
Ille mouet rixas,hic corripit,ille flagello
Vapulat:hic lingua,contemnitur ille vel illa

Præualet is vel ea:raro tamen elicit aula
Eloquio laudes,& ſe vix aulicus offert
Laudandi ſtudio,ſepelit ꝙ nouit honeſtum
Denudat vitium,meritum ſub criminis vmbra
Occulit,& famę picturam moribus aufert.
Hic ſcelus antiquum memorat,gaudetq; relatum
Non ſolus ſciuiſſe nefas,nulliq; pudendum
Commiſiſſe pudet,ſocii ſubmurmurat aure
Laudantis facinus,auidoq; in crimina verbo
Iactitat hic factum,deliberat ille futurum.
Non phaleris,non felle vacat,fœcunda malorum
Lingua parens,omniſq; pluit facundia nugas.
O male felices quorum nec purpura morbos
Nec loculus curat,nec opes ſuprema morantur
Fata,nec ad †neruum reuocatur mortis arundo †numerū
Diues apud ditem veniam non impetrat auro
Nec cupidę vendit Cereris genus auctius æuum
Non parcit trabeę ſubeunti Cerberus,illum
Nec regni gladius,nec mitræ cornua terrent
Non homines humana beant,ſimilemq; beato
Forma,genus prætexta,facit virtuſq; beatum.

Verba Senecę de Gloriæ contemptu. Cap.XIIII.

SEntit idem Crates qđ ſentio,nouimus aulam
Altitonantis ait,Lucani patruus,ille
Quo Nero defuncto q̄ viuo maluit vti.
Optima paupertas poſſeſſio,Iulius orbem

Digitized by Google

Sorbuit,& ſomnum vacui laudauit amiclæ.
Fulgor opum cæcat,fortuna miſerrima quid ſit
Eſt homini factura fidem,quid poſſit in alto
Cernit in oppreſſo,quo fructu proſpera rident
In lachrymis aduerſa vident,quo gloria tollat
Inferiora docent,an virtus vana gigantum
In ſuperos eſſet,& debeat eſſe timori
Iuppiter,an poſſit deitas impune laceſſi:
Encheladi tandem rabies extincta probauit
Et probat iniectam quotiens demugit ob æthnam
Alternatq; latus,humero neruoq; ſonanti:
Aut manibus niti,dorſoq; aſſurgere tentat.
Occubuit temere ſurgens Titannia virtus:
Et caret optato præſumens gloria fine.
Tollo pedem,fixumq; ligo,nam lubricus ille
Eſt locus:acceſſu facilis,greſſuq; relato
Difficilis,raptiſq; notis elatio turget,
Et ſubito quæuis tumet excellentia vento
Et tenui nouit illabi gloria rima.

De Alexandro magno CAP.XV.

Altius ingenio raptus q̃ corpore,mundos
Innumeros potuit animo numeraſſe:ſuoſq;
Pythagoras ſuperos,ſtupidus narrante dolebat
Magnus anaxarcho,nec aperto lingua dolori
Defuit,& morbum gemitu teſtatus anhelo
Ah miſer exclamat vacuos rectoris inermes

Tot video mundos, mihi nondum ſeruit at vnus:
Nec mea dignatur caſa mundus ſceptra, nec vnum
Exæquaſſe Iouem, pellęis glorior armis.
O nimis excurrens præſumptio, neſcia votis
Ambitio præferre modum, quæ ſola iubendi
Auxia, diis ſolis regnantibus inuidet orbem
Fixum non habuit ſucceſſum gloria, Magnum
Paruula, qui mundos ſitiebat ſorbuit vrna.

De morte Homeri. Cap. XVI.

QVęſtio quã prædo fluuialis mouit, Homero
Inſtitit, ad mortis lachrymas, numeroſior vltra
Qꝫ quæ Męonii poſſet ſuccumbere luctę:
Plus ęquo doluit, vulgo vileſcere famæ
Laudibus inciſis inconſolanter adauctæ
Iacturam gemuit, qui non eſt paſſus, vt ampli
Nominis arduitas, modica pro parte labaret:
Nec tulit vt nomen tenui nubeſceret vmbra.

LIBER SEPTIMVS.

Qꝫ diligenter Archithrenius audiat philoſophos loquentes. CAP. I.

RIuos eloquii prono ſuccedere curſu
Et videt, & mentis bibit Archithrenius ore
Et riguas capitis, & cordis inebriat aures.
Dumqꝫ bibendo ſitit, nec ſentit hydropicus vndę

Congeſtos calices:niſi feſſo vaſe,bibendi
Continuetur iter,vix reſpirarat,& ecce
Iam decimum rurſus eiuſdem pocula Bacchi
Pectoris a plena Bœotius extrahit vrna
Nec de diuitibus timet integraſſe querelas.

Verba Boetii ſeu Bœotii de potẽtiũ inclemẽtia. CAp. II.

O Meritos extrema pati:quos ardua tollit
Ala poteſtatis,quorum clementia nunq̃
Hoſpita diuertit,ſed mortis larga Tyrannis
Iuſtorum riſura neces,fractura flagello
Quod pietatis erit,ah nulla potentia rebus
Oppreſſis tranquilla venit,non ſumit ab illa
Pauper opes vel opem,grauis eſt flexiſſe fauorem
Inferius,qui ſumma poteſt,acieſq; laborat
Ardua preſſa videns,raro qui ſurgit in aulam
Reſpexiſſe caſam placido dignatur ocello.
Spernit anhelantis animi ſuſpiria,ſurda
Præterit aure preces,lachrymis inſultat,eaſq;
Ridet habere dolos,clamoſaq; pectora planctu
Exaudire vetat,gemituſq; aduerſa loquentes
Vix recipit vultu,faciem pallore minantem
Horridiore fugit,domitas regnante repellit
Paupertate genas,fluidos mœrore tumenti
Nauſeat ore ſinus,ſenio rumpente ſolutos.
Non iuuenum cautela minor,non fracta ſenectus
Non leuior ſexus quẽ longa intorſit egeſtas

Non oris ferrugo mouet, non ſordida vultus
Ariditas: non cura genis ſcriptura ſenectam,
Non exeſa fames, macieſq; domeſtica leto,
Non quicquid ſiculos poſſet mouiſſe iuuencos.
Pauperis haud vnq̃ fatum lugubre, potentis
Extorquet lachrymam, tenuis fortuna, beatos
Neſcit in affectum tenuem flexiſſe minorum
Damna minus maiora mouent, ſoliiq; facultas
Non meminit fragmenta caſæ, non ſarcit hiantes
Paupertate ſinus, non ægri exterminat oris
Attritam maciem, vacui non expedit vſum
Pauperis, auguſtis ſaties auguſtior, aulæ
Plenis ad plenos opibus venit, ipſa poteſtas
Extorquet ſibi cuncta dari, maior aq; magnis
Accedunt, peiora bonis, ſi pluris abundes
Dantis plura feres, ſi quis caret, ipſe carebit.
Maior opum maiora capit, maioris egenti
Fit minus, & quærit manus errantiſſima dantis
Non qui plus egeat, ſed qui plus poſſit habere.
Dantis apud dextram non intercedit honeſtum:
Non animæ vernantis odor, non impetrat ipſis
Proxima diis virtus, nec famę cognita morum
Canities, nec fixa graui conſtantia vultu:
Ne corroſa genas moerenti liuida labro
Relligio, non fracta malis nulloq; tumultu
Flexa voluptatis, animi vallata rigore
Digitized by Google

De tot diuitiis nulli datur vncia Codro.
Dilapidantur opes, gula ſic diſponit, & vltor
Luxus auaritiæ, violens exactor honeſti
Lęuaq; nec morum minus exactiua libido.

Verba Xenocratis de libidine. Cap.III.

XEnocrates gemuit verba ad ſuprema: nec vltra
Protrahit excitum reticendi lingua ſoporem.
Ecce malum quo cuncta dolent, quo terra laborat,
Quo ſuperi languent, quod tartara mouit, & ipſum
Sępe Iouem torſit, quicquid vel ſurgit ad Euros
Vel cadit ad Zephyros, quicquid vel deſpicit arctos
Vel Notus abſcondit vrtica libidinis vrit.
Caſtra pudicitiæ furor hic prædulcis amara
Obſidione ligat facula contentus & arcu:
Facturuſq; leui votorum pondera riſu.
Huius in amplexu vis plectitur, huius abuſu
Threicii morbi manauit abuſio, cuius
Thracen poeniteat fruſtra cum iudicis vrna
Venerit, & fornax ſi quos non coxerit ante
Orpheus, æterno mores coctura camino.
Hora nimis properata malis, ſed tarda beatis.
Cum tandem Crœſi fracto diademate ſceptrum
Quod ferat orbigenæ dextræ clementia, Codrus
Induet, & noſtri Iouis ampla palatia, paucos
Accipient, nec erit populus, quod peccat, inultum.

Hoc ſatis eſt huc vſq; licet meminiſſe prophanam
Morphoſin, infauſtum naturæ Protea, Thracum
Teſiphonen, audire ipſum mihi faſcinat aures,
Oſq; loqui, maculatq; ſacram conceptio mentem.
Quod decet id ſermo ſapiat, fugiatq; loquela
Quod natura fugit, ſatis eſt tetigiſſe, quod oris
Inquinat officium, nec conciliatur honeſto.
Eſt ſatis ad vires in noſtra pericula dandas
Coniuga naturæ mundo conceſſa libido
Quantum prolis amor & ſacra iugalia poſcunt.
Ah †Cypri rabies, q̃ dulci pace ſalutat †ſtupri
Quem ſibi venatur hominem primoq; propinat
Dulce ſed ex dulci tandem concludit amarum.
Sic eſt blanda Venus: ſic quos melliuerat ante
Edidicit fellire, fauos, ſic vltima taxo
Toxicat, & verna veniens Hiberna recedit.
Q̃ placida, mentis oculos, omnemq; ſoporat
Nube diem, dum clauſa ſacri ſub pectoris aula
Feruet & irrigiuum fontem deſiccat honeſti!
Tutius eſt gelida vitam glaciaſſe ſub arcto
Q̃ ſemel in præceps flexa rationis habena
Lotophagos Veneris libaſſe, & pocula Circes.
Tutius æſtiferæ radiis ardere Sienes
Q̃ ceſto poſito Veneris ſudaſſe camino.
Tutius indomitis animam fudiſſe lacertis
Herculis, & ſiculo rurſus mugire iuuenco

Digitized by Google

Qꝫ iecur omnicremo fricuiſſe libidinis igne.
Vix vllas reprimo lachrymas adamante ꝙ iſta
Flenda fames, ꝙ grata ſitis, ꝙ mulcebris ardor
Carnem conſumat, animam bibat, vrat vtranqꝫ.
O vere ſtudio degentibus, optima vitæ
Forma foret, ſupraqꝫ deum ſecreta viderent
Hæc niſi trabs oculis obiecta ſtudentibus eſſet.
At ſub ſideribus deitas deciſa beatis
Non exacta datur, minor eſt q̄ plena bonorum
Integritas, raroqꝫ venit ſyncera venuſtas.
Combuſſit Phrygium paſtorem, pergama, gręcos,
A Veneris ſurgens faculis, amor, ignis, & ira.
Canduit Alcides Veneris Neſſiqꝫ veneno
Et Veneris Neſſi, concluſit in ignibus ignes,
Dum quos interula teneros veſtiuit amores
Veſtiit interitu, temere dum credidit hoſti
Et fuit Alcidę, Neſſo, ſibi, Deianira
Raptoris dolitura dolo, rogus, vltio, poena.
Alciden pudeat ꝙ eodem pollice penſum
Antheiqꝫ necem nunc vir, nunc foemina neuit.
Nouimus vt Circes gremium molliuit Vlyſſem
Penelopes rigidos cum nemo flecteret artus.
Hoc ſale ſal hominū Salomon, inſulſus, amari
Demeruit, morem ꝙ amaro geſſit amori.
Infractum Sanſona Venus confregit, & ipſum
Fortia rumpentem molli certamine rupit.

Occidit ad Colchos ortus ſulmone,corinna
Dum male delituit velati nominis vmbra.
Sed quid in immenſum cedit labor,vt quid abyſſum
Metior incertas nullus definit harenas
Calculus,& numeris vaga vix complectitur aſtra.
Nulla dolos Veneris capit area,nulla dolendi
Sufficiunt exempla modis,vbi vulnus in alto
Sedit,& igne Venus nocuit,neruoq; Cupido.
Ah! Venus imperii,q̄ nullos excipit annos
Quo ſenii laſciuit hyems:inflexa virorum
Molleſcit grauitas iuuenum calor vritur annis
Soluitur integritas teneris,quæ mollior ætas
Ductilis in cunctas ſpecies,tranſumitur vſus
In geminos,dum mas nubit,vel fœmina ducit.
Ah Venus ad nutum trahis omnia numina cœli
Aſtra moues,alioq; rotas errore planetas.
Accendis gelidam ſine fratris lampade Phœben
Mutato coitu,quin totus inardeat iſto
Sidere Mercurius non temperat aſtra Galero
Iuſtius ipſa,tuo percuſſa Cupidine,Martis
Læderis amplexu:per te turbatus oberrat
Sol oculus mundi,reſpirat Martius ardor
Langueſcens ardore tuo,ſuſpirat ad arcton
Iuppiter,& fixam radios declinat ad vrſam
Fax tua falciferi glaciem liquat,ecce ſuperne.
Relligio ſedis,caueat ſibi ſi quis vtriſq;

Digitized by Google

Axibus vlterior latuit deus,imminet hoſtis
Quem vix afficiat omnis ſatis impetus,in quem
Fulminis,& tonitrus omnis natura laboret
Nec tamen hac miror iecur incandeſcere flamma
Quod gula fermento Veneris corrumpit,onuſta
Plus æquo ſaties,Cyprium quæ ventilat ignem
Idalioq; rogo ſtomachi ſuccendit abyſſum:
Et luteo renes iubet exundare fluento.
Talis enim tales effundit aquarius imbres.

Inuectio Pythagoræ contra ingluuiem. Cap.IIII.

SErmones hucuſq; trahit,Samiuſq; loquendi
Relliquias linguæ facundo pectine texit.
Aeriæ regionis opes,opulenta profundi
Vitrea regna dei,quicquid prælarga beato
Dulce dedit natura ſolo,cur perditis omne
Obſequium præſtare gulæ,cur gloria menſæ
Laſciuit tot lauta cibis,O perdita luxus
Ambitio,cui tota ſuis elementa laborant
Deſeruire bonis,immo coguntur ad omnem
Delicias vomuiſſe famem,dapibuſq; potentes
Explicuiſſe ſinus,O compreſſura ciborum
Omne genus nulloq; gulæ ſuppreſſa libido.
Cura quidem cunctis animantibus inſtat,& vnus
Anxius ardor ineſt,fragilis ieiunia vitæ
Quæſito poſuiſſe cibo,ſed neſcia rerum
Luxuries ſeruaſſe modum,diffunditur vltra

Digitized by Google

Q̃ licet,& libitum liciti transſormat in vſum.
O ſaties nullo violata libidinis æſtu:
Auguſtis auguſta viris anguſtia,felix
Copia,paupertas factura beatius æuum
Depoſito luxu,parituraq; ſecula rurſus
Aurea calcato quod mundum ferreat, auro.

Conqueſtio eiuſdẽ de noua veſtiũ petulãtia. CAP.V.

HAec doleo ſed adeſt iterum dolor,altera mentem
Non minor vrget acus,animo ſubtexitur ægro
Pœna:labor gemitum vomit intimus alta ſerenum
Pectoris in nubem premit indignatio,veſtis
Ambitione noua,nudaq; libidine cultus
Secula diſſolui,veterum vileſcit amictus
Relligio,rerumq; placet petulantior vſus,
Succumbunt antiqua nouis, circumfluit orbem
Luxuries,ſolio leuitatis cedit honeſtum
Maturuſq; rigor,ridetur ſobria vitæ
Simplicitas,morumq; viros infantia mollit.
Pronius ad veſtes huius ſolertia maior
Temporis inſpexit proprio male ſedula damno]
Et temere ſolers vrbano ruſtica cultu.

Q̃ mundus exundat vitiis. CAP.VI.

QVid moror?eſt mundus res immundiſſima,labis
Alueus exundans vitiis,vt nubibus aer,
Aequor aquis,cælum radio,caligine tellus,
Fructibus autumnus,ver floribus,æſtibus æſtas

Digitized by Google

Frigoribus bruma: nitro Pharos, India nardo.
Chameleonte Phryges, Baſiliſcis, Aphrica, Nilus
Hippotamis, Ganges hebenis, ſtrutionibus helle.
Tartara tormentis, ſtyx nocte, Megera venenis,
Seditione furor, gemitu dolor, ira tumultu,
Fulmina terrore, Mars ictibus, alea rixis.
Garrulitate merum, Venus igne, Cupido ſagittis,
Ingluuies luxu, gula ſorde: bitumine venter,
Curia fabellis, fora litibus, hiſtrio nugis,
Pellex blanditiis, lupa queſtu, lena ſuſurris
Faſtu nupta, ſocrus odio, liuore nouerca,
Sors dubiis, fortuna dolo, velamine fatum,
Spe miſer, oppoſito felix vtroq; Ioannes.

De ſeptem ſapientibus qui in Græcia moribus & ſcientia claruerunt. Cap. VII.

Cleobolus Licios, Mitylenen Pictacus auxit
Conſiliis, Spartæ Philon illuxit, Athenis
Sol hominũ Solon, Periandro ſumma Corinthi
Paruit: & valuit Bias famulante Priene
Hos ſibi cum magno gaudet peperiſſe Thalete
Grecia quos ſenior ſapientes iactitat ætas.
Mundus ne titubet, ne cæcus & inuius erret
Hos habeat ſeruetq; duces, ſtillabit Vlyſſem
Lingua, ſenex Pilius animi purgabit amurcam.

Lamentatio Archithrenii de poena æterna propter vitam immundam. Cap. VIII.

Dixerat,& fuſo gemitu præcordia rumpit
Et querulo planctus tonat Architrenius ore
Hoc miſer hoc ne ſalo ſemper iactabere,nunq̃
Sirenes poteris has declinaſſe:tuoq́;
Per modicum ſeruire Ioui? poteris ne ſub axe
Tartareo calicem mortis guſtaſſe perennem?
  Quis poterit voluiſſe tuum reuolubile pondus
Siſiphe? quis ve polos & eoſdem Ixionis axes
Circinet? & totiens vno nugetur in orbe?
Viſcera quis reparet totiens peritura? quis vndis
Perditus impendat operam quam perdat vt vndas?
Quis totiens luſus pomi cedentis inane
Mordeat,& ſitiat in quo ſit naufragus amnem?
  O q̃ triſte ſedet ad nigri iudicis vrnam
Conſilium,dum iura mouet firmiſſima Minos
Dum ſuperum vindex cunctis exceſſibus æquat
Pœnas? & rigido leges exaſperat ore?
  Heu q̃ terribilis iudex immobilis,heu q̃
Difficiles,Minos,Rhadamantus & Aeacus,vmbris.
Q̃ dubio fluitat animus terrore: metuq́;
Contrahitur quotiens meditanti pectore, †fundo — †alii tundo
Cocyti lachrymas,phlegetontæoſq́; caminos.
  Heu quis Titanum laqueos communicet? heu quis
Suſpenſo poterit vitam ſuſpendere ſaxo?
  Dira ſibi triplex hominem partitur,& omnis
Diſtrahit humanos affectus:facta,loquelas

Digitized by Google

Inquinat Alecto ſeruæ præſepia mentis
Affectuſq; pios ſacrumq; forinſecat ignem.
Iuris præcipitat æquum in decliue Megæra
Erranteſq; manus enormibus implicat actis.
Theſiphone linguas agitat, ſcelerumq; palude
Inficit, eloquii currus auriga loquendi.
Natiuum video iam caligaſſe ſerenum
Inuoluiq; diem tenebris: quem Iuppiter annis
Commiſit teneris, diuum deus optimus ille
Corporeæ purum caſulæ commiſerat ignem.
Sed iam nubifera fumi palleſcit in vmbra
Naturæ ſacras animas mundiq; minoris
Sidera, noctiferum ſepelit caligine peplum:
Criminis obnubor tenebris, his intus opacor
Noctibus, hoc lædor oculos, hoc lippio carpe:
Hæ ſorbent animam Syrtes, his pectus anhelat
Peſtibus: hoc mortis ſub pondere vita laborat.
His rotor in præceps furiis, hæc vincula peſſum
Os hominis ſublime trahunt, ne patria viſat
Sidera, ne ſuperos oculis & mente ſalutet
In decliue caput trahitur ne glorier vnq̃
Affectum ſuperis: animo mandaſſe benigno.

Verba Thaletis de timore domini. CAP. IX.

Conqueſtita Thales exhaurit dicta: propinquus
Sede, querelanti reſeraſſe domeſticus aurem
Quiſquis es hunc noſtræ cyathum libato Mineruæ

Parce puer lachrymis,fletus agnoſce virilem
Dedecuiſſe genam,pudor eſt hoc imbre rigorem
Immaduiſſe viri:lachrymę,planctuſq; loquuntur
Degeneres animos,riguumq; faciſſima flendi
Fœmina pectus habet,didicitq; cadentibus vltro
In lachrymis clauſiſſe dolos,reſeraſſe dolores.
Ianua virtutum,purumq; aurora ſciendi
Allatura diem,& quo primo acceditur aſtris
Cardo,timor domini: ſine quo fraudatur in omni
Propoſito votum,nulla eſt ſtatura poteſtas
Ad ſubitum lapſura nihil.non purpura murum
Diuitibus pręſtat:nec ſontem protegit auri
Ambitioſa lues,& nullo pro aggere ſurgit
Circũfuſus opum cumulus,nullumq; tuetur
Sceptrum:nulla ſalus,ſi quo mandauerit ictum
Iuppiter,haud iaculo cogit lorica repulſam
Nec clypeo telum,galeave repellitur enſis.
Pone leues animos,temereq; audacibus obſta
Principio votis,& cui parere neceſſe eſt
Sollicitus ſollerſq; time,nam cuncta videntem
Nil celaſſe potes,nec eum qui totus vbiq;
Excubat euades,& qui deus omnia nouit
Falli non poterit.Iouis inſopita lucerna
In tenebris lucet,ſecreti conſcia clauſum
Non ſinit eſſe nefas,non occultatur opertum
Hypocriſis crimen,nec ſub lodice ſepultum

Digitized by Google

ζοην και ψυχην: indignas ſole Micenas
Senſit, adulterio nodatam cyprida Marti
Sol ſuperum vidit menſæ conuiua cruentæ
Arguit Archadicum, nec eum manſueta feſellit
Oris ouis, mentiſq; lupus: vultuſq; recepit
Cognatos animus totus fera factus: aperto
Mentis in ore lupo, ne pectore blandior eſſet
Vultus, vtroq; fera, faciem mens ſæua cruentam
Sumpſit, & humano iugulo polluta Tyrannis.
O quem nulla fides mundi tutatur in omni
Robore quaſſari facilis, nullaq; reniti
Libertate potens, nec ſolo nomine felix
Inter opes ſuaſurus opem, timuiſſe potentem
Cuncta neceſſe puta, nam quo veniſſe voluntas
Oderit ipſe trahet, ſupremæ calculus vrnæ
Vindictamq; pati Iouis inconcuſſa poteſtas
Coget, & extremam tandem non differet iram.

Verba Biãtis q̄ deus diligẽd⁹ ſit totis intimis. Cap. X.

Vix ea, cum Bias ſimili de fonte propinat,
Ecce time quo tutus eris, ſoliduſq; timendum
Amplectatur amor, totis enitere votis
Dilecto placuiſſe Ioui, cui ſufficit omni
Gratia pro merito: ſatis eſt ad præmia dantis
Accipientis amor nec gratis præſtita doni
Inquinat alterni pretio, munuſq; relato
Munere non vendit, abſoluit libera dono

Digitized by Google

Dona relatiuo nec quod dedit auferet auctor
Muneris,& prædo nulli data gaudia,læua
Inuidiæ tollit,vt eodem nunc ſit auarus
Quo nunc largus erat.pleno eius munera cornu
Plus tumuli q̃ vallis habent,munuſq; volenti
Exhilarat dextra,nec vultus pondere doni
Gratia ſuccumbit,tot dantem dilige,ſi qua
Magna dedit,maiora dabit,meritiſq; tot vnum
Dilexiſſe refer,qui ſe tibi poſcit amari
Non ſibi,totus ama,non eſt quod proſit amato
Collatiuus amor,ſed amanti.dilige ſi te
Non odiſſe velis,mundum ſeſeq; daturus
His vt ametur,emit.non eſt deceptus amator
Qui recipit quod amat,ſuperum conuiua futurus
Aeternamq; ſtygis non deſcenſurus in æthnam.
Dilige,dilecti grato venare fauorem
Numinis obſequio,partum tenuiſſe labora
Immotumq; liga mentis feruore refixum
Ne labet aſtringe,ne gratia ſumpta relabi
Diminuiue queat,habitum ſeruare,voluntas
Obſequioſa poteſt,cupidis attende volentis
Imperio votis,animos impende iubenti.
Mandati ne differ opus:ne langueat actu
Gratia dilato,placitura citatius vrge
Ne meritum perdas.nam ſuſpendiſſe volentem
Eſt meruiſſe minus,maturo nitere facto

Digitized by Google

Plenius ad meritum præſens q̃ craſtinus imples.

Verba Periādri de cultu dei cōtra hypocriſim. Cap. XI.

NOn ſatis eſt, inquit Periander, tertia ſume
Pocula: de noſtro placeat ſorbere fluento.
Tange precum, laudūq; lyram: geminaq; tonātē
Sedulitate lita, ſuperum cultura loquatur
Te cæli cupidum, complecti numina mente
Eſt toti nupſiſſe deo, ne flecte tenendos
Hic vigiles ſenſus, & ei ſeruire memento
Quo ſolo regnare potes, ne cætera tollat
Cura deum cura: quæcunq; negotia tractes
Prouidus ad ſuperos oculum mentemq; reducas.
Nam vacat humanis ſtudiis impenſa, nihilq;
Eſt lucri latura dies, & inutilis exit
Excluſi ſecura dei: cui viuere ſoli
Eſt toti vixiſſe ſibi, ſine numine fruſtra
Eſt operoſa manus, ſtudio marceſcit inani
In vacuum tractura moras, ſteriliſq; laborat
Actio quæ nulla ſuperis pro parte miniſtrat.
Quæ nocuos læſura tonat, quæ fulmina tractat
Sit ſemper ſuſpecta manus. non parcit inultis
Criminibus, tonitruq; minas & fulmine pœnas
Mandat: & ad ſtygias vrget properantius vndas
Quos Phlegeton exaſſet aquis, cocytus aduſtis
Elixet lachrymis. habeatq; Ixionis axis
Quos rotet æternum, verſentq; reductile pondus

Digitized by Google

Siſyphium,pœnamq; leuent conſortia pœnæ
Communiſq; minus habeat iactura querelæ.
Impermixta malis bonitas Iouis,omne timeri
Omne coli meruit,ſolida virtute cauendum
Luctandumq; puta,ne quid deliret in illam
Error ad offenſam,pudeatq; offendere,quem te
Offendiſſe pudet,illumq; laceſſere,cuius
Libertas eſt ſumma,iugum cui cedere,pondus
Maieſtatis habet,cui mendicare poteſtas:
Seruire imperium,flere eſt non flere,dolere
Non dolor eſt,mors abſq; mori,ſitis abſq; ſitire,
Eſuriiſſe cibus: & ei parere,iubentis
Eſt habuiſſe vicem: leuibuſq; occurrere votis
Accurriſſe deis,animoq; excludere mundum
Incluſiſſe deum fieriq;,a corporis vmbra
Sidus,& optatum ſuperis annectere ciuem.
Nec minus inuigiles,inconcuſſoq; rigore
Si potes euincas,ne vitæ larua colores
Hypocriſis mendas,virtutum littera,praua
Pectoris interpres,vtinamq; incognita clauſtro
Et mitræ & baculo vultus cautela profeſſi
Mentis honeſtatem,verum occultare diſerta
Simpliciter falſum factura probabile,culpæ
Occulto patrona dolo,pictura reatus
Celatura notæ,vultuſq; reconditus,vmbra
Mente latens,ignotus homo,ſuperumq; fauorem

Digitized by Google

Excipit,& mundi recipit lucratus honores
Dum ſimulat mores,& morum nomine,mundum
Deceptus deceptor emit,perditq; ſupernæ
Delitias menſæ.verum tollatur inane
Hypocriſis velum,mundæ ſyncera coruſcet
Integritas vitæ.refert fallentis,in auro
Occultaſſe lutum,fraudiſq; iniuria ſtannum
Palliat argento,reuerentior eſto,nihilq;
Deliquiſſe velis,Dauumq; a pectore tolle.
Nec vultu mentire Numam,concordia vultum
Affectumq; liget,pudeatq; abſcondere culpam,
Quam repuliſſe potes,illumq; arceſſere teſtem
Delicti:quem nulla latent,oculiſq; ſopori
Occultis occulta videt,nulliſq; tenetur
Obiicibus,quem nulla tenet diſtantia viſus.
   Et tamen vt vitiis mens obluctata,ruinam
Declinaſſe nequit,& neruo ſaucia,labi
Cogitur in labem,nec viuere libera,fruſtra
Carnis anhelat opem:certaminis impos,inermis
Victa cadit,cecidiſſe dolet:ſed dulce cadenti
Eſt vitii pondus,blandaq; indagine cingit
Torquendas animas,carnis manſueta Tyrannis.

Verba Philonis de delictis occultandis. CAP.XII.

Hic Philon,vitiis quotiens victoria cedit
Fas eſto latuiſſe nephas,tenebriſq; notatam
Diſſimulaſſe notam:clauſaq; excludere mundi

Excubias culpa:cynicoſq; euadere morſus
Et ſatyræ ſerras,Flacciq; eludere ludum
Inſipidoſq; ſales:nam ſi ſordere neceſſe
Eſt animam,ſatius eſt mundæ parcere famæ
Nec vitæ maculis oculos læſiſſe bonorum.
Pullulat in vulgi facinus vulgata voluptas
Deriuatq; notam dum plebis cæca libido
Imbibit aure ſcelus,ſunt internuncia culpæ
Scire,videre,loqui,ſceleriſq; audacia multo
Creſcit in exemplo,ſurgitq; impune reatus
A ſimili,notumq; trahit contagia crimen.
Hæc rerum dominis caueat ſolertia,famas
Deludens oculos,horum nota latius orbem
Inquinat exemplis:populi delicta,regentis
Abſoluit facinus:maio rum forma minores
Preſſius informat,auiduſq; in funera morbus
Quo caput elanguet,reliquos depaſcitur artus:
Prolatiq; parit labis conſortia labes.
At ſceptri facinus tenebris caret,ardua nubis
Excedunt latebras,nulla prætexitur vmbra
Imperii ſidus,noctiſq; excludit amictum
Principis illa dies,fama penetrante trahuntur
Regnorum ſecreta palam,ſceleriq; potentum
Lux adhibet lucem:nec molli purpura ſordes
Occulit in ruga,culpæ latuiſſe volenti
Maieſtas peccantis obeſt,maiuſq; videri

Maiorum facinus conſueuit & auctior auget
Gloria delictum, nec ſic cenſura togatos,
Vt regni trabeas plebi nimis aſpera mordet.
O igitur quem nulla facit prætexta beatum
O miſer in letis tibi delituiſſe negatur
Deliquiſſe nega, vitiorum terge lituras
Nec labem ſincerus habe, ſtabilemq; nefandis
Pone modum votis, morum candore niueſcat
A vitii mens pura luto, mundiq; fauorem
Extorque meritis, accenſaq; pectore virtus
Ferueat, hæc animæ tenebris intacta lucerna
Splendeat exterius, nullo dilanguida fumo.
Nec permitto nefas, ſed quem cecidiſſe neceſſe eſt
Occulto nutaſſe volo, ſceleriſq; latendo
Euaſiſſe notam. praue ne intellige ſiquid
Inſtruit ad mores, non vltra ſedulus eſto
Q licet interpres, temere volat ocyor æquo
Impetus ingenii, diſtortaq; littera culpę
Promittit veniam, ſceleriſq; occaſio ſurgit
Ex male diſtinctis. noſtris ſollertia ſimplex
Accedat monitis, animo quid arauerit auctor
Indecepta videt, ponat præſumptio limæ
Lectoriſq; vicem, ſtudii dementia cæca
Deſinat erroris auctorem quęrere, ſi qua
Imperat enodis ſeruandos pagina mores.
Dixit, adhuc patula ſtetit Archithrenius aures

Digitized by Google

Eloquiiq; fores tacito Philone reſoluit.

LIBER OCTAVVS.

De commendatione antiquitatis & negligentia mundi circa mores. CAPVT PRIMVM.

OMne bonum veterum labiis diſtillat,& imbres
Pegaſeos ſenior ætas exundat,& orbi
Vbera cẽtenni puero diſtendit honeſti
Lacte fluẽs nutrix,nec maturãt anilis
Curriculo,mente pueraſcens mundus,& aucto
Corpore: non adhibent crementum moribus anni,
Lactatiua bibit veteris præcepta Mineruæ
Nutritiua parum,nam vix libata vomuntur
Pocula,nec proſunt quæ nunc data nauſea reddit,
Nec ſatis auricula vigilas,ſi pectore dormis.
   Area delicti,ſcelerum domus,excipit omnes
Mens hominum ſordes:has exegiſſe paludes
Virtutis vis nulla poteſt,vitiiq; reuelli
Non didicit ruſcus:patiatur cætera tolli
Spina,tamen reſtat,ſolidamq; ſuperbia ſedem
Immota radice ligat,truncoq; reciſa
Stirpe manet fixo:nihil eſt illime:nec iſta
Alcidæ potuit faculis areſcere Lerna.

Verba Pittaci de manſuetudine expetenda & elatione vitanda. CAP.II.

AT licet iſta filix ſit inextirpabilis, inquit
Pittacus, & nulli valeat ſuccumbere falci
Quin nocuo foetu populoſa repullulet hydra:
Tu tamen aſſiduus animæ luctare colonus.
Molleſcant animi dulces, vitiumq; tumoris
Cedat, & aſperitas nullo ſylueſcat in actu
Obiicibus lędens: inconſultiq; rigoris
Robora lenteſcant, aſſit clementia ſceptris
Indiuiſa comes, gladiiq; coerceat auſus
Mitior, & iuris q̃tum permittit habena
Imperio parcens, prohibens punire flagello
Deterrenda minis, fluuios exoſa cruoris
Non lachrymę, ſi quem regnis extorſit egeſtas
Et ſolium mouere caſæ, ſi quando potentum
Arentes oculos tenero compaſſio fletu
† Irorante Impluit, & latuit ſceptro † regnante tyrannis.
Corruit elatus, luci ſublatus, & vmbris
Lucifer illatus, vanoq; a numine venit
Quo Numa deuenit, tumiduſq; inuentus ab alto
Detumuit ventus: & lucifer eſſe coactus
Letifer eſt factus, aſtriſq; parentibus orbus
Lucens in luteum cadit, in pigrum impiger orbem.
Vicit in humano ſpolio, deus exulis exul
Hoſpitis hoſpes erat, ad Ditis inhoſpita venit
Tartareaſq; fores cęlorum ianua Chriſtus.
Lucifer æternus, infractaq; dextera fregit.

Digitized by Google

Ecce quod amiſit incauta ſuperbia cælum
Maieſtas ſubmiſſa dedit, dominuſq; miniſtrum
Induit, & meruit humilis viciſſe poteſtas.
Fortius inſudes humili manſueſcere mente
Et placido vultu, ſocia dulcedine linguam
Affectumq; riga ſuperum, mundiq; fauorem
Captet vterq; fauus, pacemq; extorqueat orbis
Illa vel illa quies, animi depelle tumorem,
Luciferiq; Notos, tollatq; ſuperbia flatus
Præcipites, Boreamq; ſuum, tumidiq; rigoris
Subſidat rabies, & ſola in pectore toto
Pax Zephyri vernet, florumq; potentior illa
Pullulet aura crocos, animæq; ſuperferat ortis,
Oderit vlciſci gladio cenſura, nec illum
Conſulat in pœnam, nec eum tortore cruentet
Quem liceat torquere minis, pudeatq; regendos
Imperii fregiſſe iugo, ſemperq; venenum
Et nunq̃ fudiſſe fauum, ferroq; dolorum
Subſecuiſſe vias, crudiſq; extinguere morbos
Ignibus alterutro leuius curantibus hærbis
Tutior eſt regnis gladio tranquilla iubentis
Nec fraudis ſuſpecta quies, hæc mente fauorem
Extrahit, hic lingua. feritas dirumpit amorem.
Manſuetudo ligat, hauritq; incauta venenum
Effera maieſtas, vinoq; vlciſcitur enſes:
Vnaq; tot flendi claudunt conuiuia riuos

Fictaq; ſubridens iterat ſuſpiria plebes
Dum domini lęto producit funera planctu
Et tenero ſudant oculo velantia riſum
Pectora, quæ modico prętexunt gaudia fletu.
Pax ad opus mandata rapit, ſtimuliq; poteſtas
Non perdit ſub pace vicem, violenta trahuntur
Iuſſa, minuſq; mouent animos, ſegneſq; miniſtros
Ingratoſq; trahunt nec habent extorta volentem.
Eſt vbi mandatum violenta potentius vrgent
Seruileſq; docet animos ſeruire flagellum.
Nec ſatis eſt mandantis amor poſitoq; voluntas
Mandatiua iugo, precibuſq; innixa poteſtas
Pollicitis inſtare vacat, mollire rigorem
Blandiciis condire minas, ſeruire neceſſe eſt
Et virga mutaſſe preces, preſſumq; domandis
Inſecuiſſe iugum, clementia Cęſaris auras
Verberat, eſt tauro Phalaris mandanda voluntas.
At iuri præciſa velis pręmordeat æqui
Lima voluntatem, quo ſolo inuita trahatur
Lęua poteſtatis gladio committere pœnam.

Verba Cleoboli Lycii de Fortitudine. Cap. III.

HIc Lycius, quicunq; iubet, dulceſcere raro
Edidicit, torquere poteſt, ſed parcere neſcit
Imperii moles, ſubiectos emolit, anceps
Hic gladius, cladis eſt illatiuus, & ira
Principis in populos fulmen populatur, & orbem

Digitized by Google

Hinc dominus pulſat, illinc fortuna charybdi
Sęuior, inq; bonos crudeſcens vipera, verum
Si tumidum præſæua tonet, ſi nauſeet iras
Pectore, flammato vultu crudeſcat, & axem
Torqueat in lachrymas, verſumq; exaſperet orbem
Deſcendente rota, miſeris oppone rigorem
Mentis inattritæ, nubeſq; expelle ſereno
Pectoris obiecti: veniat tutiſſima virtus
Obuia fortunæ, fati euaſura procellas
Naufragiiq; minas. vt non niſi proſpera fiant
Fata, ſcias aduerſa pati: fælicia nunq̃
Magnanimo deſunt: animo fortuna virili
Omnis læta venit: fatum lugubre videri
Debilitas infirma facit: quæ ſæuius inſtant
Materiam virtutis habent. certiſſima ſunt hæc
Argumenta viri virtuſq; abſcondita lętis
Prodit in aduerſis, fatoq; obſcura ſereno
Lucet in obſcuro dum voto accommoda fiunt
Omnia, nocteſcit, miſeriſq; dieſcit, & vmbram
Proſpera virtuti faciunt aduerſa lucernam.

Ardua dum ſurgunt pendente ceraunia fluctu
Euerſumq; ſuas pelagus ſpumeſcit in iras,
Attolliq; fretum ſuperis contendit, & audax
Fluctus in aſtra volat: lunamq; extinguit, & ipſos
Falciferos axes, nunc trudit ad vltima nauem
Tartara, nunc raptam ſuperis nolentibus offert:

Nunc prora,nunc puppe cadit,nunc ſurgit vtraq;
Sępe bibente ratis,trepida nunc claudicat alno
Luctanti ceſſura freto,dum pugnat & aurę
Fluctibus & ponti,ſeruetq; in funera toto
Mors armata mari,tunc remigis arte fruendum eſt
Tunc laus eſt viciſſe fretum,tunc ſi qua poteſtas
Eſt nautę ſit tota palam,nec deſide tutum
Eſt languere mora. venienti occurrere fato
Vniuſq; manu populi ſeruaſſe ſalutem
Expedit,vt pelagi victorem fama coronet.
Virtuti expediunt aditus aduerſa,virorum
Sarcina,torporis prohibens langueſcere ſomno
Degeneres animos,neſcit felicia virtus
Mollibus vtendi raro comes,induit omnem
Proſperitas labem,nulloq; innoxia facto
Non ſentit conſueta nefas,temerarius auſis
Ignouiſſe ſolet,ſolidator criminis vſus
Qui flet in aduerſis pueriles errat in actus
Et lachrymas perdit,& famam polluit,auget
Littus arans aduerſa dolor,neſcitq; rigorem
Quo ſolidat natura viros,doluiſſe dolenda
Non redimit,nec damna lauant quę damna queritur.
Hic dolor eluſas lachrymas ſerit,irrita mandat
Semina,nam ſterilis nullaq; puerpera meſſe
Fit ſeges,& fallit vacuum cultura colonum.
Si miſer es ſpera,veniet felicior annis

Digitized by Google

Horula,meta malis,aperit ſolatia mœſtis
Fortunæ leuitas,verni prȩnuncia plauſus
Mœroris præſæuit hyems,præludit amaris
Mox latura fauos,miſeris fortuna,ſecundos
Adiectura dies,ſubitoſq; miſerrima lętis
Promittunt aditus,fortunæ lubrica neſcit
Mobilitas fixiſſe rotam,ſceptroq; minatur
Solaturq; caſas,varios faſtidit honores
Cæſaris,& tandem ſolii ſpem mandat Amiclę.

Verba Solonis circa prudentiam & vitæ optimam diſpoſitionem. Cap.IIII.

Dixerat,at Solon. minor eſt prȩcognita fati
Aſperitas,aduerſa minus præuiſa moleſtant.
Et quia fortunæ laqueum prudentia ſoluit,
Semper vbiq; tibi caueas,teq; omnis in omnes
Cautela euentus præmuniat:& tibi toti
Sis oculus totus,animi ſolertia,lampas
Prȩuia,noctifugam ferat inſopita lucernam.
Hæc tibi dictatrix operum,cunctiſq; magiſtra
Prima rudimentis,ne qua lædatur honeſtum
Inuigilet,nulloq; tibi non conſulat actu.
Rem male prouiſam dubius manet exitus,alis
Euolat inſolidis,ſi quem rapit impetus auſu
Non bene pennato,melior niſi nauita clauum
Torſerit,& velo biberit prudentia ventos:
Tam mare q̃ mortem poturæ crederis alno.

Digitized by Google

Si datur in damnis voti dilatio,votum
Differ,vt inſpicias properatum velle,volentem
Fallit,& audaces mature pœnitet,auſi
Tarda venit ſubitis ſucceſſu gloria: damnum
Præcipitat qui vota rapit,facienda diſertæ
Sunt ſtudio tractanda moræ,feſtina iuuentam
Plus redolent,præuiſa virum,præcepſq; volendi
Plurima præſumit,infantia: pauca ſecundat.

Circunſpecta tamen oculo ſeruante,labora
Impiger officii,nec honeſto languidus actu:
Ignauo torpore veta molleſcere neruos.
Nec ſub faſciculo faſcem laturus,anhela.
Sordida,terſa minus vulgo cognatior abſit
Cura,relinquatur aliis,aliena ſit omnis
Actori paritura notam,vileſcat oportet
Libertatis honor ſeruiles ſi induat vſus.

Eſt tamen vt quotiens locus aut vis temporis vrget
Maiorum deceant plebea negotia mores.
Quicquid ages virtus illud præmandet,& orſus
Perfice,nam cœpti qui finem præterit errat:
Turpius admittens q̃ qui non inchoat: illud
Accuſat leuitas,hoc diſquiſitio recti
Excuſare poteſt,opera nil auſa repenti
Propoſiti longo trutinans examine metas.

Si qua tamen cupiiſſe pudet,clauſiſſe pudori
Et culpæ eſt,ſcelerumq; licet reſcindere curſus

Digitized by Google

Imperfecta ſolent veniam delicta mereri:
Et leuius lędit qui parcius inſtitit error.
Quas adhibes curas vix interrumpe,laboris
Difficilem rurſus capit interciſio nodum.
Fax ſopita niſi moueatur,mota ſoporem
Excitat in flammas vigiles,motuq; remiſſo
Languet,& amiſſos iterum vix integrat ignes.
Creſcat,& in ramos virtus fundetur,& alta
Euolet,& penitus fixis radicibus orbem
Occupet,egregiis factis vulgata,tibiq;
Mane bono cumulet meliori veſpere famam:
Aſſiduo fructu pariant hanc ſecula meſſem:
Nec niſi cum morum veniat lux craſtina,luce.
Si qua tibi vitio ſordet vicinia,labem
Effuge,ne ſpergant ſimiles contagia mendę.
Dilexiſſe bonos,& eis deuinctius vti
Innuit eſſe bonum,ratioq; probabilis vrget
Eſſe malum coluiſſe malos,accedit eiſdem
Vnanimes nectens ſtudiis deuotio,blanda
Stringitur in ſimili conuictus copula voto.
Et Marti Venus eſt,& Martia grata Catoni:
Nec Phariam Cæſar fugit,aut Cornelia Magnum.
Liuoris pudeat raſtro vertiſſe bonorum
Magnificos actus,alienas auribus æquis
Non corroſiuus,non inuidus accipe laudes.
Sunt quos immeritus honor indignatur,& illud

Digitized by Google

Non attingit humi ſerpens ignauia culmen
Pigra, nec accedens quem tollit gloria monti
Ii quos erexit probitas, odere fauoris
Non habitos plauſus aliis fluxiſſe dolentes
Alteriuſq; fauent animo ſucceſſibus ęgro.
Parce tuæ laudi ſi quid bene geſſeris, alter
Te tacito laudet, aliis dicenda, ſilendum
Eſt tibi, nec vacua ſunt laude ſilentia laudis.
Abſit vt a propriis iactandi gloria factis
Exeat, & famam præco ſibi polluat actor.
Plus egiſſe, loqui minus, id decet: amplior actis
Eſto, minor tumidam ſoluat præſumptio linguam.
Abſit vt externi vitii te illeſa voluptas
Ad ſcelus inuitet, impunitumq; timori
Non perdat facinus: populus delinquere, regum
A ſimili nolit: non eſt defendere culpam
Oſtendiſſe malos: ſcelus eſt abſoluere crimen
Crimine: nec magni redimunt exempla reatus.
Sit tibi pro lima ſapiens auriga regendi
Pectoris, exceſſus inhibens, ſuppreſſet habenam
Ad medium tendens, laterum vitando paludes.
Hic tibi ſyncerę ferat exemplaria vitæ:
Hic præcepta tuos domet in moralia ſenſus:
Hic paleas purgans, excuſſos ventilet actus
Albaq; mundandæ tribuat terſoria menti.

De ſubita morũ mutatiõe circa Atticũ Polemonẽ. Ca. V.

Digitized by Google

PRudentum ſpeculo mores compone,diſertos
Dilige,philoſophis impende libentior aures.
Auribus hortatus bibulis hauſiſſe peritos
Quos habeat fructus Polemon monſtrauit aperte
Atticus,effuſi ſuadente libidine luxus:
Qui non illecebris modo laſciuire,ſed ipſo
Luxuriȩ notȩ plebeſcere nomine vellet.
Hic matutinis phœbo candente caminis
Morbida nocturnȩ liquit diſpendia cœnæ:
Marcidus vnguentis,ſertis redimitus,onuſtus
Ora ligante mero,petulanti pictus amictu
Aſpectuq; vagus,Xenocratis oſtium apertum
Cernit,& accedit,plena ſapientibus auſus
Conſediſſe domo,ſalibus riſuq; faceto
Diuitis eloquii morſurus dogma,ſed illum
Indignata virum grauitas matura,receſſum
Maturare iubet,Xenocratis vna morandi
Indulget veniam bonitas tranquilla,manuq;
Pacis ſigna mouet,& quod tractabat omiſſo
Propoſiti curſu,vires,formamq; modeſti
Diſſerit,vt iuuenem luxu qui ſordet,honeſti
Vrat in affectus,alioq; inflammet amore:
Et vitæ in melius reuocandȩ ſpiret odorem.

Nec mora,primitias capienti fronte pudoris
Erubet,& molles Polemon decingere veſtes
Suſtinet,& vultus accuſat purpura crimen.

Digitized by Google

Ecce voluptatum pudet & piget, ecce coronam
Decerpit capiti, leuiumq; inſignia vellit,
Diſperſaq; comam ſerie conturbat, & hirtam
Maturat: tenero iuuenilem pectinis vſu
Effuſaſq; manus, inconſulteq; vagantes
Contrahit & chlamydis fugientibus iniicit vmbram.
Succedente mora ſuccedit gratia morum
Inq; dies cedit Venus accedente venuſto:
Rectificatq; virum, decliuem regula, virtus:
Philoſophumq; facit facundia philoſophantis
Socraticoſq; bibit ſector Zenocratis imbres.

Qꝫ Architrenius naturã vidit in loco floribꝰ prælaſciuo, & de naturæ habitu eminentia & comitatu.

CAPVT. VI.

SIc loquitur Solon, & prona funditur vrna
Eloquii torrens non areſcente loquendi
Aequore, nec liquidis intermiſcente paludes.
Procliues oculos leuat Architrenius, inſtar
Sideris ardeſcens, mulier ſpectatur: & igni
Latius educto rutilum procul explicat orbem
Ingeminatq; loci radios, nam vere marito
Prægnatiua parit, roſulas & lilia tellus:
Splendoreſq; ſerit alios fœcundula florum
Flora, perennantis iubar effuſiua diei.
Non hyemis queritur fæcem terſiſſima veris
Area, nec recipit zephyrus conſortia brumæ.

Digitized by Google

Hæc mulier roſeo vultu pubeſcit,ephebis
Deſœcata genis,ſenio matura,virentis
Seruat adhuc laurum faciei,temporis æuo
Non minor,vt Pilios longe præceſſerit annos:
Non marceſcente cuti vetulatur,fixa iuuentæ
Floriditas,anus eſt ætas,facieſq; puella
Nec ſpeculum longi nebuleſcit temporis vmbra
Prominet in ſpecie maieſtas,ſobrius oris
Matronatur honor,leuitatem nulla fatetur
Portio,nec quatitur geſtu petulante,graueſcit
Tota,breuiſq; ſuum non perdit fimbria pondus.
Illaſciua ſedet grauis ac reuerenda,coruſco
Imperioſa throno,quem lactea crine coronat
Turba ſenum,dominæ genibus minor:ardua ſedes
Eſt illos æquaſſe pedes,plenaq; licemur
Nobilitate deæ ſummũ contingere calcem.
Innituntur humo,cancellatiſq; ſedentes
Cruribus inſternunt,pro puluinaribus hęrbas.
Miratur ſolito magis Archithrenius,ardet
Agnouiſſe deam,nouitas blanditur,& vrit
In deſiderium,de qua monſtrante Solone
Vt primum didicit q; erat Natura,citato
Aduolat excurſu fletum diriuat,adultæ
Lętitiæ teſtem comitatu gaudia dulci
Producunt lachrymæ,venit,affandiq; negatur
Copia,de mundo Geneſi texente loquelam.

Digitized by Google

Sermo naturę de obſequio quod mundus homini exhibet,& ſitu eiuſdem & motu. CAP.VII.

OMnigeni partus homini famulantur,eiq;
Et domus & nutrix ancillaq; machina mundi.
Omne bonum fœcunda parit,maiorq; minori
Obſequitur mundus:tibi diſcors vnio rerum
Aeternum ſtatura coit,factoq; tumultu
Pax elementa ligat,gaudet tibi ſidera volui
Defigiq; polos,mundiq; rotatilis aulæ
Artificem gratare deum,dominumq; miniſtro
Erexiſſe domum,cuius molitio ſummum
Artificem redolet:excelſi dextera tantis
Dotibus excoluit opifex opus,omnia poſſe
Diſputat illud eam,nec enim deciſa poteſtas
Eſt ea,qua nunq̃ lapſurus voluitur orbis
Raptibus æternis totuſq; volubilis axem
Circuit immotum paribuſq; rotatibus actam
Præcipitat ſpheram,dum ſola immobils vna
Pondere,vergit humus,nullo conamine ſurgens
Se nulla leuitate rotat,centroq; cohæret
Impatiens motus,medio pigreſcit in axe
Infima,ſi veteres verum cecinere ſophiſtæ.
At melior famoſa minus ſolertia pubis
†Vnum Vel nihil eſt †verum,vel quilibet infima mundus
Ne labet immenſo circummordetur inani,
Terra vicem puncti recipit,collata ſupremo

Digitized by Google

Vnde modum terræ viſus punctum æſtimat, vnde
Fraudari radios poſitis procul imputat aſtris.
Terræ forma teres teretiſq; ſupernatat vndæ
Curua ſuperficies, terramq; amplectitur arcu
Imperfecta maris, prohibenti littore, ſphera:
Quæ medium centri contingit cuſpide mundum.
Ardenti ſpolio veſtitur ſidere cælum
Multifidaq; face tenebris occurrit, & orbi
Exhibet excubias, oculis populoſior Argus.
Aſtra pluunt radios, & caligantibus vſum
Lampadis indulgent, & peſſum nata ſuperne
Flamma peregrinat ſordentibus hoſpita tectis
Contrahitur terræ ſtella globus arctior, illum
Viſa minor, ſuperat aſtri rota plenior; infra
Sunt Citherea, ſoror Phœbi, Cillenius ales.

De duplici genere ſtellarum. CAP.VIII.

SCinditur in geminum ſtellãs genus, altera fixus
Impetus aſtra mouet: error premit altera flexu
Multiuago torſiſſe vias. interq; planetas
Falce ſenex, ſceptroq; Iouis, Mars enſe coruſcat.
Sol arcum, Citherea facem, Cillenius harpen
Et phœbe pharetram venandi feruida geſtat.
Aſtri luna vicem Phœbi mendicat ab aſtro
Sideris obſcuro naturam eliminat orbe
Iacturam redimit, & Solis imagine Solem
Induit, & damnum fraterna lampade penſat.

Digitized by Google

Parte iubar recipit,partem ferrugine texit
Nec ſtygium perdit partim Proſerpina peplum.
Nunc tamen & toto fraudatur luminis vſu
Cum phœbi radios terræ ferit obuia nubes
Et caput & caudam lunamq; intercipit vmbra
Et ſoror a fratris vultu declinat amato.
Totaq; ſulphureo nubit Proſerpina Diti.
Nec minus & fratris homini iubar inuidet ardens
Obiectu radios,noctem mentita reciſo
Luminis excurſu,viſuſq; excurſus vt axes
Phœbeos feriat,lunari offenditur orbe:
Nec placitam celeri defigit arundine prædam.

Deſcriptio quorundã circulorũ cęleſtiũ. Cap.IX.

EIgit vtrumq; polum,paribuſq; vtrumq; diei
Reſpicit æquator ſpatiis,mundiq; tumorem
Diuidit,& partes in ſphæra maximus æquat.
Nec minor obliquo ſignorum circulus arcu
Ad Boream ſurgit,& ad Auſtrum vergit,& illum
Aequator,mediumq; ſecat mediuſq; ſecatur.
Nec minor,& medię qui nocti aſcribitur arcus
Dimidiumq; diem metiri dicitur,arcu
Stante,Cenith,capitum mundiq; ſupermeat axes.
Nec minor & medius medium partitus vtrumq;
Percutit axe Cenith,viſus finitor orizon
Et ſtyga cum ſuperis communi limite nodat.
Linea ſolſtitii mundi curuatur ad axes

Digitized by Google

Orbe parallelo,phoebi cenſura recurſus
Proxima ſit capitum vel diſtantiſſima puncto.
Et tamen æquator directo figit in orbe
Solſtitium,quo cernit aren ſimul arcton & auſtrum,
Deprenſum eſt hunc eſſe locum tumor ille duobus
Solſtitiis ardet totidemq; receſſibus,idem
Friget,& æquator ſolem ſtatione reflectit
Aequidiemq; facit.etenim ſol cogitur omni
Stare parallelo,qui cancri interiacet altum
Depreſſiq; ſitus caput ægocerontis,& illa
Sunt loca,Zodiacus vbi plus declinat ad auſtri
Arcturiq; polos,& ab æquatore recedit
Amplior includit egreſſæ cuſpidis orbem
Area Zodiaci,quo ſol raptatur ad ortum.
Ingenito motu,centroq; complectitur arcum
Nunc terræ propior nunc elongatus,& anguis
Figitur in geminis & pigra rotatur ad ortum
Fixis tarda comes,in eiſdem raptibus aſtris.

De eis quæ accidunt ex varia poſitione orizontis & motibus planetarum. CAP.X.

Diuidit innumeris ſpheram decliuis orizon
Augeturq; dies cancri,contraq; minorem
Deprimit ægoceron quanto eſt erectior arctos
Fit breuior,breuior:& maior,maior,eamq;
Nox recipit formam ſimiliq; reuoluitur arcu.
Hic ſitus eſt decliuis,vbi producitur abſq;

Digitized by Google

Nocte dies cancri,nec nox contractior arcu
Languet in oppoſito,ſurgitq; aurora diei
Promiſſura facem,ſed non latura,vel inſtans
Cogitur eſſe dies,nam idem complectitur ortum
Punctus & occaſum,ſuperiſq; reuoluitur orbe
Dimidio phœbus,Tethydiſq; recolligit vndis
Surgentes radios,paſcitq; ſoporibus artus
Inſomnes alias,vdiſq; cubilibus ardet.

Eſt vbi nox piceo menſem non veſtit amictu.
Eſt vbi per geminos eadem non texitur vmbra.
Eſt vbi luna tribus fraterna lampade pallet.
Eſt vbi bis duplici ſol inſopitus anhelat.
Eſt vbi per quinq; phœbi vigil excubat ignis.
Eſt vbi ſex ſolito caret hoſpite mater Achillis.
Nec minus extendi brumæ contingit ad arcus
Oppoſitos,noctes,totoq; rotabitur anno
Vna vna cum nocte dies:vbi meta videndi
Sternitur æquator,& mundi figitur axe
Indecliue Cenith,mediumq; eſt nulla diei
Linea,vel quæuis ſitui cuicunq; diurnam
Partitura moram,Boreæ quia ſubiacet illa
In longum regio non tenditur,omnibus illa
Latior,occiduis nunq̃ decurritur aſtris.

De ortu Signorum. Cap.XI.

Semper ab ęoo conſurgit cardine mundus
Axibus immotis,ſignorumq; erigit orbem

Erranteſq; trahit ſtellas, totumq; reſoluit
Imparitate morę, nec idem mutatur eodem
Mutatove ſitu, nec ſurgit ſegnior arcus
Q́ cadat oppoſitus, & cancri ſemper in ortu
Aegoceros vergit, & rurſum ſiqua propinquant
Phryxæi capitis vel libræ ſigna, pareſq;
Inter habent arcus, neutrum deductius, ortu
Surgit, & Aſcræam qui Chelas impetus vrget
Aemoniiq; moras Hydræ ſibi vendicat vltor.
Omnibus hoc ſpheris: ſed qua directus orizon
Vſtam cingit aren æqualis dirigit ortus
Zodiaci quartas tropicas vbi flectit habenas
Sol, noctiq; diem, punctis finalibus æquat.
Quilibet hic arcus æqualis protrahit ortu
Occaſuq; moras, oriturq; æqualiter omne
Oppoſito ſignum, nam libræ ſuſcipit horas
Portitor Hellęus, nec Tauro Scorpie cedis
Nec tradit Chiron gemino ſua tempora fratri.
Aegoceros cancro par enatat, vrna leoni:
Erigoneſq; moras, æquant diſpendia piſcium
Aequis a tropico ſpatiis diſtantia ſurgunt
Tractu ſigna pari, tropicoq; propinquius ortum
Plenius extendit, & libra tardior exit
Scorpius erigone, cancer vectore lacenę.

LIBER NONVS.

Admiratio Architrenii ſup verbis naturæ. CAP. I.

Digitized by Google

MIrari faciunt magis hæc q̃ ſcire,rudiſq;
Ingenii nõ eſt,ait Architrenius,aſtris
Inſtruxiſſe ſtylũ,vel quę diuina ſigillãt
Scrinia,deciſo dubii cognoſcere velo.
Trans hominem ſunt verba deæ,mi-
racula cæcus
Audio,nam lampas animi in ſubtilia pingui
Cęlatur radio,quia mens ſublimia viſu
Vix humili cernit,nec diſtantiſſima luce
Monſtrat fumidula,tamen hæc vt maxima credam
Maieſtas dicentis agit,cęlumq; legentem
Miror,& ignotis delector,& aure libenti
Sollicitor,ſi magna loquens maiora loquatur.

De reſiduo ortus Signorum CAP.II.

INterea cœptum Geneſis non ſegnior vrget
Sermoniſq; rota properante diutius addit.
†non Qua† vero inclinat ſpheram decliuis orizon
Deprimiturq; Notus,ibi quarta citatior exit
Quam caput alterutro Phryxęum limite claudit.
Tardior ad libræ caput eſt:pariterq; remotis
A tropico ſignis,celerem rapit ocyus ortum.
Cui magis accedit trepidantis portitor Helles
Piſce magis,libra ſurgendi protrahit ortum.
Aegocero Chiron,tauro leo,ſcorpius vrna
Aegocerota ſequens decliui contrahit arcus
Orbe moras ortus,rectoq; diutius inſtat

Digitized by Google

Segnities ſigni,recipit contraria cancri
Poſteritas,rerumq; citus ſupereuolat vltor
Alcidæ ſpheriſq; piger decliuibus exit
Tempora ſi ſumas vna quibus elicit ortus
Oppoſitos arcus,recto labuntur in orbe
Tanta vt decliui non ſegnius vna,lacones
Hemoniumq; ſimul,q̃ quæuis ſphera reuoluit
Proximitate quibus tropicus accedit eadem.
Accidit illud idem,nam quantus pignora ledę
Eleuat & cancrum viſus vbi limitat arctos
Tantus vbi Borea ſurgenti vergit Orizon
Nec citius qua feruet aren,mundiq; tumorem
Occupat,occurrunt ſigni cuiuſlibet vna
Ortus & occaſus ſumpti,quaq; eminet arctos
Occuliturq; Notus vnde in decliuibus ambos
Si ſimul annectas directo fiet in orbe
Alterutri duplum,nam qua raptiſſima torret
Ardua libra zenith,ſigno properatur ad ortum
Occaſumq; pares & eodem tempore viſum
Quo fugit idæam:Ganimedes detegit vrnam.

Q; ſigna apud quoſdam oriuntur inuerſa.CAP.III.

QVa magis a fixo Boreali diſtat Orizon
Q; tropicus cancri,qua neſcia vere remitti
Aequora bruma ligat,oriuntur ſigna,caduntq;
Verſa,priorq; venit,q̃ piſcis portitor Helles:
Poſterior tauro Phryxęus,piſcibus vrna.

Digitized by Google

Haud ſecus oppoſita vergunt, libraq; ſequenti
Scorpius inuerſus decumbit ad æquora, libra
Virgine deſcendit prior hoſpita virgo leone.

De portione terræ quæ tota & ſola ſecundum Alphraganũ inhabitatur. Cap. IIII.

Circulus æquidiem librans auſtrũq; colurus
Qui ſecat & Boreã Zephyri ſub cardine mũdi
Auroręq; ligant, quartiſq; æqualiter orbem
Sectio diſtinguit, & fixo ſtante coluro
Scinditur ad rectos, terræ fixiſſimus orbis
Iunctior arcturis habitatur quarta, ſituſq;
Reiicit humanos, extremi frigore lymbi
Oppoſitoq; gelu torpeſcit inhoſpita, paulo
Vlterius Thyle, quam deſpicit ora Bootis.
Quod riget æterna glacie, curtatur ad arcton
Orbe parallelo, quartæ pars cætera tractu
Mitior incolitur Boreali limite Sclauos
Metatura ſinus, vt fama fante fatętur
Filius Admethi, Zephyriq; a follibus æquor
Verberat occiduum, qua nomine celſius Athlas
Q; dorſo erigitur Eous, limes ad Eurum
Finibus exit Atyn vbi Gades orbis habena
Fixit Alexander, cuius famoſior aram
Hippanis attollit, medioq; opponitur orbe
Gadibus Alcidę ſi fas eſt credere, famæ
Quod ſciuiſſe putat, ſed ad auſtrum porrigit Indos

Digitized by Google

Et ſitientis aren, ſepelit ſub ſole receſſus
Quæ medios ſignat in aduſto limite fines:
Oppoſitiſq; pari diſcedit Gadibus arcu.

De inæqualitate dierum naturalium & arcu diei & noctis. Cap. V.

SOl iubar aſtrifugum mūdū circūmeat, & quo
Dimidius candet, geminū complectitur ortum
Nocte ſua comitata dies, vnde incipit ille
Terminat ille diem, ſed nec menſura diebus
Omnibus vna facit, diſtinguitur illa, nec omnes
Par mora diſtendit, cum nec rapiantur ad ortus
Tractu ſigna pari, nec in æquo permeet æquos
Tempore ſol, arcus orbis: qui cuſpide mundi
Centratur medium, dum terræ immobile centro
Percutit & ſummo diſtinguitur orbita ſignis
Soluitur in medium, mundoq; reuoluitur orbe
Pone parallelo phœbus, nam ſigna relatas
Declinant obliqua vias, arcuſq; diei;
Dicitur, occaſum qui claudit, & exit, in ortum:
Oppoſitaſq; moras, nocturnę limitat vmbrę.
Et quia maiores decliuis ſphæra diei
Suſcipit ad Borean arcus, ſtratiq; minores
Amputat hora Noti, Borealis creſcit, ad auſtrum
Contrahitur deuexa dies, hæc plenior illa
Aequidie breuior, brumalibus euolat horis.

Digitized by Google

De ecentrico & motu epicycli in eo, & motibus Planetarum, & de circulo Draconis. Cap. VI.

Circulus Ecentris egreſſa cuſpide mundum
Non figit medium, cōplectitur orbita terram
Et mediam centro, quam totam circuit exit.
Voluitur Ecentri breuiore epiciclus in orbe
Excluditq; ſolum, ſuperos ſuccinctus ad axes
Vectoriſq; ſui cuſpis non deſerit arcum.
Zodiaci nullo tractu declinat ab orbe
Cuſpide concentris mundo, ſcinditq; draconis
Circulus ecentrem, quiſquis declinat ad auſtrum
Sidereoſq; boues, & qua tranſitur ab orbe
Signorum ad Borean, caput eſt ea ſectio nodus
Oppoſitus cauda, per quam vergente planeta
Ad Noton vrget iter, nautarum plauſtra relinquens.
Fertur ad auroram pariter feſtina planetę
Cuſpis in orbe breui, breuis eluctatur ad ortum
Cuſpis in ecentri, ſed & hunc draco voluit eodem
Segnior ecentrem, fixis non ocyor aſtris.
Ad Zephyrum mundo non obuia, Cynthia cuſpis
Serpit in orbe breui praeceps excurrit eodem
Impetus ecentris cui paruo cuſpis in orbe
Concentri rapitur mundo, motuſq; draconis
Non alio raptat egreſſę cuſpidis orbem
Ecentremq; bigam, ſed eadem ſegnior vrget

Raptat in occaſus omni Proſerpina centro
Solis in ecentri mundo breuis obuiat orbis.
Non ſecus & ſtylbon rapitur, ſi ecentris agatur
Cuſpis in occaſus, infixæ cuſpidis orbe
Qui minor, anguſto ſic cuſpide diſtet ab arcu
Vt procul a medio mundi ſecat orbita mundum.
Nec minus & Stylbon comes eſt, & Cynthia fixis
Sideribus, fixæq; trahunt vtrumq; draconem:
Qui rotat ecentrem ſecum torpentibus aſtris.

De retrogradatione, ſtatione, progreſſioneq; planetę & de tranſitu eiuſdem a Zodiaco Auſtrum verſus & ſeptentrionem. CAP. VII.

RЕtrogrados neſcit errores Cynthia, nuſq̃
Stat biga, cum phœbi curru contraria mundo
Impetus errantis ſit progreſſurus in orbe
Quem rotat ecentris quotiens vicinior augi
Præcipiti luctatur equo, retrogadus infra
Augis in oppoſito, dum ſtellis exit eoīs
Occiduaſq; petit, mundoq; citatior illas
Oppoſitos inter motus ſtaturus anhelat.
Ad Borean nunq̃ ſignorum ſurgit ab orbe
Mercurius, contraq; Venus non vergit ad auſtrum.
Luna, Iouis, Mauors, & iniquus Falcifer, Auſtri
Nunc ſecretą petunt, nunc ſidera tarda Bootis
Cuſpis in ecentri defertur Delia, nuſq̃

Digitized by Google

Deuia,Zodiaci nunq̃ decliuia mutat.
Ecce creatoris quid maius,dextera mundo
Indulſiſſe queat homini:cui ſidera voluit:
Continuat lucem,feruoribus obiicit vmbram,
Alternoq; gelu,ſitientem ſubmouet ęſtum:
Et noctis ſomniq; vices fomenta labori
Adiicit:& noctis ſepelit diſpendia ſomno?

Q̃ Archithrenius naturæ genibus obuoluebatur.

CAP.VII.

QVam procul eloquii fluuius decurret,& aures
Influet exundans,ait Archithrenius,vtre
Iam duplici pleno,ſatis eſt hauſiſſe referto
Vaſe,nec auriculæ pelagi capit alueus vndam.
Hæc fatus rumpitq; moras,pedibuſq; loquentis
Irruit,& genuum demiſſos complicat arcus
Et cubitos ſternens,iunctis iacet infimus vlnis.

Oratio Archithrenii ad naturam. CAP.IX.

HOc nihil,immo minus nihilo,dea reſpice fletus
Fonticulos,ſtagna lachrymæ,mœroris abyſſos
Extenues,& plena malis viuaria ſicces
Torqueor,& planctus animi tormenta fatetur
Garrulus.& morbi latebras ſuſpiria clamant
Nec lachrymas fraudo,veris a nubibus imber
Soluitur,& nymbos oculi pluit intima nubes,
Ducitur ex animo luctus,certiſſima flendi

Digitized by Google

Cauſa ſubeſt,& vera mouent aduerſa querelas
Nam tot niexhauſtis animo languente procellis
Concutior,totuſq; dolor circunfluor omni
Peſte,quod in lachrymas Phalarim ſiccumq; moueret
Democritum,ſcopuloſq; nouus ſuffunderet humor.
Sic mundi Boreis agitor,ſic Syrtis harena
Naufragor humanę,ſic impacata Charybdis
Me ſorbet,ſic Scylla freto languente flagellat.
His mihi naufragiis peregrino tartara fletu
Compaſſura reor,& flecti poſſe Megæram
Suſpicor & ſęuos alias manſueſcere crines
Omnis in hoc caſu feritas admiſſa nocendi
Cederet,inflexi pietas adamanta rigoris
Molliret,pręcepſq; Iouis lenteſceret ira.
 Oh pateris ne tuam ſcelerum natura flagellis
Affligi ſobolem,quæ ſic in pignora pacem
Maternam turbauit hyems?odiumne nouercæ
Matris amor didicit?O dulces vbera nunq̃
Exhibitura fauos?heu pignora ſemper amarum
Guſtatura cibum,pietas materna rigorem
Induit,& ſcopulis prognes induruit Ino.
Sed quid ago?dubito luctuſne refundere culpam
In matrem liceat:matrem vexare querelis
Exhorret pietas,prohibet reuerentia matris:
Imperat ira loqui,rabies in turpia ſoluit

Digitized by Google

Ora,pudorq; ligat,ſed iam declino pudoris
Imperium,maiorq; mihi dominatur Erinnys.
Torrenti fateor irę non impero,de te
Pace tua Natura queror:tibi ſupplicat omnis
Maieſtatis apex,& nobis ſemper auarum
Obliquas oculum,nulla dulcedine clauſas
Scis reſeraſſe manus,homo prę da doloribus æuum
Triſtibus immergit,nec amicis vtitur annis,
Nec fruitur lętis,nec verna veſcitur aura.
Humanos ſtatui numero ſtrinxiſſe reatus
Sed metam deſperat opus,nec finis apertum
Principium clauſiſſe poteſt:nam cedit harenæ
Turba malis,humana quibus dementia bellum
Indicit ſuperis:diuumq; & fulmen & iram
In ſe cogit homo,Lypares Iouis eiicit ignem
Dextra:magis candens ira q̃ fulmine vindex.
Hoſtibus exoptans veniam,tonitruq; minanti
Parcit & admiſſos clementia præpedit ictus
Audaceſq; facit ſcelerum dilatio pœnæ.
Tolle parens odium,tandem manſueſce,nouercam
Exue,blanda faue,morum bona ſingula mater
Poſſidet,& nato nec libra nec vncia ſeruit.

Reſponſio naturæ & promiſſio auxilii. CAP. X.

Dixerat,& verbum lachrymarum reppulit æſtus
Et ſtetit oppoſito ſingultus obiice lingua.

At dea,nec matris feritas eſt illa,nec illa
Fellificor taxo,ſemper tibi ſedula,grates
Et meritum perdo,grataṁq; ingrate bonorum
Indulſi ſatiem,miſero felicia fudi
Non merito,donumq; tenes,donoq; teneris.
Sollicitis hominem ſtudiis limauit,& orbem
Officioſa dedit,cumulato larga fauore
Noſtra Ioui bonitas cognata & cognita, nunq̃
Plenior exhibuit veram dilectio matrem
Non egreſco datis,dare non faſtidio,rerum
Continuans partus,nec rumpit dextera fluxum
Muneris inciſi,nec dandi ruſtica,donum
Diminuit,torpenda manus,ſed dona minoris
Credis,vbi dono eſt pluſq̃ contenta voluntas.
 Occulit vbertas precium,ſatieſq; ſapori
Derogat,& tenuat accepti copia grates.
At quia ſedulitas homini mea ſeruit eiq;
Fundit opes,& opem,meriti ſecura,malorum
Radicem fodiam,morboſq; a ſedibus imis
Eiiciam paucis,cupias ſciuiſſe,docebo.
 Iam lachrymæ deterge lutum,limoq; remoto
Poſt tenebras admitte iubar,rorantia mores
Vbera nutricis,ſenio lactandus anhelas
Annoſuſq; puer,nec pectore canus,vt annis
Imberbiq; ſenex animo,iam debita menti

Digitized by Google

Canities aderit,& maturabitur intus
Ne viridis putreſcat homo,dabiturq; petenti
Dulce,quod ad ſatiem ſitiens delibet alumnus:
Quo puer ex animo ſordenſq; infantia cedat.

De ſanctione naturæ in rerum geniturís. Cap.XI.

SAnctio noſtra virum ſterili marceſcere ramo
Et fructum ſepelire vetat,prolemq; negantes
Obſtruxiſſe vias,commiſſi viribus vti
Seminis,& longam generis producere pompam
Relligio natiua iubet,ne degener alnum
Induat,aut platanum,ſemper virguncula laurus.
Aut ſalicem nunq̃ parienti fronde puellam
Aut ſi qua eſt vacua folio vel flore pudica.

De ancillæ amplexibus aſpernandis. Cap.XII.

NEc facit ad ſapidos amplexus,nubile multis
Ancillæ gremium,variis hæc bobus aratur.
Terra, nec indecores ſcit faſtidire colonos.
Vulgi cymba capax,carpentum vile,paluſtri
Accurrit populo,vix plena inuiſcerat alno.
Vectorem quęcunq; ratis,Nauloq; frequenti
Quot capit expilat,iteratis omnia carpit
Nauigiis,vſuq; vices impendere gratis
Dememinit longo,nulloq; innaufraga fluctu
Occumbit,tumidam ridens concuſſa procellam.

Digitized by Google

De adulterio vitando.   Cap. XIII.

Turpis adulterii labes, redimicula morum
Vellit, & obſcurá trahit in contagia famam,
In varias ſuſpecta neces, preciumq; pudendi
Hoſpitis a loculo naturæ malleus exit
Et Lacheſis gemino ſucciſo †pollice, partis   †poplite
Tollitur vna colus, laribus depellitur exul
Amittitq; Venus vacuos excluſa penates,
Arentiq; vado ſolitam ſitit alueus vndam.

Suaſio naturæ vt Archithrenius vxorem ducat. Cap. XIIII.

Rumpe moras thalami, maturo contrahe, ſunt hæc
Illatiua tori, ſolido nectatur oportet
Connubium nodo, riguo dum flamma iuuentæ
Feruet adhuc ſucco, nondumq; infundit aniles
Brumula prima niues, nec vellera verticis albent
Crine pruinoſo, nec ſerpit ruga ſenectæ
Verior interpres, vbi criſpo fimbria vultu
Pallet, & in facie numeratur Neſtoris annus.
Eſt mihi dilecta niuei ſignata pudoris
Claue, nec attrito marcens virguncula flore.
Iam vicina toris, culmo ſolidata iuuentæ:
Primaq; lanigerę texens velamina pubi.
Blanda comes thalami, ſapidoq; tenellula tactu:

Digitized by Google

Obnubit ſplendore diem noctiſq; profundę
Peplum: ſiderei vultus carbunculus vrit.
Cum ſit adulterii promptiſſima lena, diones
Pronuba corruptæ, Veneriſq; ancilla ſolutæ
Gloria, ſollicito ſpecies ſuſpecta pudori:
Non tamen hæc recipit alienos innuba nexus
Nec Ledæa tenet animos, Lucretia vultum
Solaq; Penelopen gremio gerit, ore Lacenam.
Flammatiua viri ſunt omnia, prona medullis
Inſeruiſſe faces, hilarem factura iuuentam:
Iucundumq; ſenem, longo moderantia nobis
Cognita conuictu, rerum cautiſſima, morum
Ingenio felix, virtutis filia, natu
Nobilis, & thalamos meditanti nubilis anno:
Pulchra, pudica tamen, dabitur tibi, ſacra ligabo
Fœdera, quæ nulla caueas diſſibulet ætas.
Ipſa quidem vitii prauos exoſa ſuſurros
Haud immunda pati poterit conſortia: ſemper
Expauit tetigiſſe picem, contagia toto
Pectore declines, alioquin fœdera rumpet
Coniugii paſſa maculas, non paſſa maritum.

De Ceſto. i. cingulo Veneris CAP. XV.

NVpta tibi ceſton Veneris dabit: ille Diones
Balteus, illa tuos præcinget faſcia lumbos
Incudis ſtudio ſponſæ lucratus honorem

Lemnius,hanc coćto ſolidauit ſedulus auro
Follibus eluctans vigiles excire caminos:
Non minus ardeſcens Lypares q̃ Cypridis igne
Dum Venus emollit operam,mirando laborem.
Dum tamen inſudat operi manus,oſcula morſis
Lingua rapit labris,pluſq̃ fabrilia:vultu
Sit licet obſcuro, claudo pede,baſia carpit
Dulcia, nec pluri ſaturantur adultera melle:
Nec Pari plus Phrygiis poteras pauiſſe lacenam.

De cęlatura eiuſdem facta a Vulcano. Cap. XVI.

SOllicito quædam digito cęlauit,amata
Dictātis rapiēte vicem,manuiq; Mineruam
Spectatrix acuit,& cotis ſuſcipit vſum:
Ingenii ſupplens laudato coniuge vires.
Hic vomit Hippolytus animā,ne Phędra pudorem
Sorbeat intactus generis morumq; nouercæ:
Expoſitum Phirnes gremio, vinoq; peruſtum
Xenocratem nulla Venus ebriat,innuba nuſq̃
Integritas nutat:ſcorti luctamina ridet
Indomitus: frigetq; mero candente libido.
Non potitur Lais dubio Demoſthene,nec quem
Mouerat euellit,perdendo prodigus auro
Non emit amplexus,thalamos quæ vendit ementem
Fallit,& emptorem mox pœnitet empta voluptas.
Inguina Democritus caſtrat,ſexumq; virilem

Digitized by Google

Exuit,& neutrum recipit,fratreſq; togatos
Detogat & Veneris geminum deponit auito
Mancipium tecto:lumbiq; incendia ferro
Ingelat,& nerui ſucciſus apocopat vſum.
Renibus,antiquo phanius de more ſacerdos
Excubat,& palmæ de fronde cubilia ſternit,
Et ſibi ſecretus alios latet,incola fani
Fœmineæ labis vacuus,temereq; vaganti
Non ſitit aſpectę ſpeciei nectar ocello.

De monili nuptæ. CAP.XVII.

Iſa pudicitię teſtem,caſtiq; monile
Argumenta tori,pectus clauſura retruſo
Intruſore feret:prohibens ne iuncta dehiſcant
Limina:neue ſinus vileſcat ianua,quouis
Trita viatore,nec quod delectet honeſtos
Coniugis attractus oculus delibet adulter.
Pectoris hic nodus ſignis intexitur arctis.
Me fateor,vincente manu,pictura pudicam
Prædicat,& ſacrum perhibent exempla cubile.
Hic animo victrix,lecti Lucretia ferro
Dedecus excuſat,riget expectator Vlyſſis
Penelopes arcus,nauem plus Claudia morum
Q̃ manuum virtute mouet,religatq; ſolutum
Martia mixta fide thalami,non carne Catonem.
Prima ſacerdotis vice Flacci dedicat vxor:

Idaliæ ſacrum, monitis inſtante ſibylla
Fruſtra Mæonius vates ſub Apolline fati
Præcinit ambages precio Caſſandra negato
Nec pactum recipit thalamo, ſed pectore phoebum:
Plenaqꝫ non tollit gremio, ſed mente magiſtrum.
Riſus & lachrymas ſponſi partitur vtroqꝫ
Iuncta comes fato, nec deſerit integra fractum
Hipſicratęa virum, conſors quæ immota pericli
Vt thalami regis nuſq̄ ſecura, ſuiqꝫ
Mithridatis fragiles bellis accommodat actus
Loricata latus, alienis degener armis
Exulat in clypeos, ſtrictos peregrinat in enſes
Belligeros tranſumit equos, ſexumqꝫ virili
Occulit in cultu, galeato maſcula crine.
Mauſole vina tibi dat mauſolęa, virumqꝫ
Arthemiſia bibit quos pauit aromate ſponſi
Sorbet amans cineres, ſparſumqꝫ in melle maritum
Haurit, vtrumqꝫ fauum, nec fatis foedere rupto
Connubium ſeruat, vteri thorus alter, & vna
Coniugis eſt coniunx, tumulus pyra, pyramis vrna.

De Loculo puellari & contentis in eo. Ca. XVIII.

HOc feret, inqꝫ tuis vigilabit zonula lumbis
Excuba, ne morum penetret laſciuia murum
Florida picturę precio vernante, breuemqꝫ
Ampla puellarem loculum demittit, amoris

Digitized by Google

Nuncia,laturum ſponſæ munuſcula,ſponſæ
Clauditur in dando,lecti concordia,pacis
Fœdus,amicitiæ nodus,correctio voti,
Integritas recti,virtutis ſerrula, morum
Lima,rigor mentis,maieſtas oris,honeſti
Pondus,habena modi,ſcelerum ſucciſio,culpæ
Meta,Minerua boni,medii via,methodus æqui,
Munditiæ pecten,vitæ fragrantia,famæ
Gratia,ſolamen miſeris,cautela ſecundis.

De contractu coniugii & dote. CAP.XIX.

Dixit,& a lachrymis redit Architrenius,ægra
Mœſtitiæ caligo fugit:nec lætior vnq̃,
Fœderis inſtanter nodum petit.illa capacem
Conſilii laudat:optata citatius vrgens
Curia contrahitur,legitur locus,apta iugandis
Omnia tractantur.producitur optima virgo
Phœbigero pluſq̃ præfulgentiſſima vultu.

Dos datur a nupta:vigil obſeruantia,recti
Caſta quies,linguæ facundia paſſa ſoporem:
Eloquii pondus,os in ſermone pudicum:
Fęce carens pectus,mens labis inhoſpita neuo:
Munda domus cordis,animę laudanda ſupellex.
Pacis amor frater,Germana modeſtia nuptæ:
Iuris norma comes,pietas vicina fauori:
Arra pudor morum,fidei dilectio pignus:

Formæ ſponſor honos:maieſtas nominis obſes:
Spes pugil aduerſis,dubiis fiducia pugnans:
Conſilii libra,reſecans cenſura reatus:
Neſtoris examen,polientis lima Catonis:
Sollicitudo fori:ſolidi cautela ſenatus:
Illimis bonitas,manuum mundeſcere curis
Circunciſa,loqui ſtudioſe terſa voluntas
Maior egeſtate,minor exundante,facultas.

De donatione & inſtrumentis muſicis. CAP.XX

ATenui ſponſo tenuis donatio,dantur
Obſequium carnis,animę tractabilis vſus.
Connubii tandem ſolidatur nodus,& ecce
Lętitiam ſpargit ſolennis prodiga plauſus
Solis opus cithara,ſtudium lyra Mercuriale:
Dulce Pharo ſiſtrum,requies paſtoris arundo:
Canna vocans ſomnos,faciens ſiringa ſopori:
Luce graues aulæ,iocundula nabla querelis:
Folle chorus rauco,petulanti cimbala tactu:
Pauper auena ſono,modulatu fiſtula diues:
Buccina ſcabra modos,veterum ſacra tympana ſacris:
Tibia vulgaris,regina fidicula cantu:
Murmur honuſq; tuba,lituuſq; citator edendi.

De auibus verba vſurpantibus Cap.XXI.

NEc minus & mima nemorum circũſonat,ales:
Et modulos criſpat natiui pectinis arte:

Digitized by Google

Ruris alauda chelys, lyricen philomela rubeto.
Per vada cantor holor, citharœda per æquora ſiren:
Coruus aue dicens, homo linguæ Pſittacus vſu:
Pica ſalutatrix, laſciua Monedula fando:
Turdula prompta loqui, facundo graculus ore:
Et quæcunq; ſtylum valet vſurpaſſe loquendi.

De ancillis Sponſæ. Cap. XXII.

SPonſæ lecta manus, thalamis ancilla, miniſtrãt
Virginis integritas, vidui caſtratio lecti,
Matronæ grauitas, redoleſcens oris honeſtas,
Simplicitas vultus, leuitas immota puellę,
Tuta fides lecti, nuptæ Venus inuia culpæ.

De diuerſitate clientelę. Cap. XXIII.

ORdo clientelę varius diſcurrit, vbiq;
Seruit, & ad vota famularum ſedulus explet
Firma viri virtus, teneri timor intimus anni
Cura ſenectutis, operum paſſiua iuuentus,
Dandi cauta manus, meritorum dextra beatrix.
Dona modus librans, inhibens prudentia luxum,
Expenſæ ratio, reminiſcens calculus aſſes:
Sollers auricula, vitiis inapertus ocellus,
Peſq; reformidans molli iuueneſcere paſſu,
Laſciuaq; timens dematureſcere culpa.

De ferculis in nuptiis Architrenii & moderamine. Cap. XXIIII.

Digitized by Google

TEmpus adeſt menſæ quam mundo copia cornu
Sarcinat & morum locupleti funditur vrna.
Sobrietas menſæ, ſaties anguſta, paratus
Ventre minor potus, epuli contracta libido
Pauca petens guttur, combuſtio nulla palati,
Manſuetudo gulæ, ſtomachi tranquilla charybdis,
Limes ineffuſus, dapis arctans meta volumen.

Q; fortuna fauit nuptiis. CAP.XXV.

REſpicit, & blandis epulas percurrit ocellis
Et vultus adhibet animi cum melle fauorem
Fors inopum vindex, regumq; Tyche vlta tumores
†Ramnus opum terror, Nemeſis ſuſpecta Tyrannis †Ram9
Caſus agens mitras, tribuens fortuna curules.
O data vel raro, vel nulli fercula, ſolis
Deguſtanda viris, o felix menſa Catoni
Forſitan, & noſtro vix æuo nota, beatis
Immo beatiuis: indulge ſumptibus, abſit
Meta deum clauſura dapes, connubia virtus
Sanciat, & dempto conuiuia fine perennet.

Operis concluſio.

Hic igitur ſuſpendo ſtylum, procedere ruptis
Erubeo menſis, quarum producere tempus
Non breuiaſſe decet, mentiri prandia nolo
Quæ deus aſſiduo faciat ſuccedere guſtu
Nec ſatie minuet epulandi fixa voluptas

Digitized by Google

Exoptat vt liber iſte in auctoritate & vſu habeatur: ſaltem poſt mortem ſuam. Cap. Vltimū.

O Longum ſtudii gremio nutrite togati
Ingenii proles rudis & plebea, libelle
Incolumis viuas, nec te langueſcere cogat
Inuidiæ morſus, quo morbificante bonorum
Febricitat nomen, & eo tortore coactus
Aegreſcit titulus, forſan tibi ſiqua fauoris
Vncia debetur, peplo liuoris amicta
Non poterit veniſſe palam, dum ſorbeat auras
Viuificas auctor, ortum lux illa, Ioannis
Sumat in occaſu, ſol ille a funeris vrna
Surgat inextincto ſemper ſpectabilis igne
Sub fati tenebris me nocteſcente, dieſcat
Hic liber, & famæ veterum feliciter annos
Aequet, in æternum populis dilectus & vltra.

AMEN.

FINIS ARCHITHRENII. FICTO AB effectu vocabulo, Ioannis nomine & Neuſtrii ſeu Normanni natione: ſumma diligentia ab Aſcenſio recogniti pluſculis ad hoc collatis exemplaribus: In Aedibus eiuſdem: Ad. XV. Calend. Septemb. MDXVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google